terreq; mr̄ misericordie ꝛ vltimū pecca torū refugiū. Mō si ꝯdicat sic: Jannam paradisi nō clausit nisi pctm̄ originale: sed si ꝟgo fuisset mortua añ passionē xp̄i nō introisset in paradisū: ꝛ hoc nō nisi p pctm̄ originale: ergo fuit ꝯcepta in pctō originali. ¶ Ad hoc rn̄dendū fm aliq̄s q̄ ꝯuis ꝟgo n̄ fuerit corrupta q̄tuꝫ ad ꝑsonalē maculā: fuit tñ q̄tū ad reatuꝫ q̄ tota natura erat obligata ad penā: a qua nō fuit liberata. Sed aliter rn̄detur fm Franciscū de mayronis: q̄ iste casus nō fuisset admittēdus: q̄ n̄ erat determiatū a deo q̄ si determinasset: sicut ꝑseruauit a pctō originali: ꝑseruasset a pena: ꝛ si ei dedisset nō ex culpa, ppria sed aliena: vt patet de purgatis peccato originali p san ctificationē in vtero matris: ꝛ per sacrifi cia q̄ mortui sūt ante xp̄i ascensionem. ¶ Quarto ꝛ vltio idē, pbat rōne redem ptionis sic arguēdo. Si btā ꝟgo nō fuit ꝑseruata a pctō originali: xp̄s nō fuit pfe ctissim⁹ redēptor: q̄ non habuit gradus oēs possibiles redēptionis qd̄ ē impossi/ mū dicere. Et, pbat cō sequētia. q̄ .s. mo/ dus preseruationis ē pfectior oīb⁹ aliis. Tum q̄ ex pte ꝑseruati sequitur abūdan/ tior gratia: q̄ amplior puritas ꝛ amplior imo tota maloꝝ remotio. Tū q̄ ex parte preseruantis arguit maior pfectio ꝛ libe/ ralitas: q̄ donat gradū pfectissime puri tatis. .s. non cadere: qd̄ non fecit aliis qui ceciderūt: q̄ perfecti⁹ ē nunq̄ȝ fuisse sub odio. Vñ no. fm P. e. aureoli. q̄ ad hoc q̄ xp̄s sit pfectissim⁹ ꝛ vniuersalis redē/ ptor: necesse fuit vt aliquē releuaret a pec cato actuali mortali: vt fecit oēs pctōres adultos. Et aliquē ꝑseruaret a pctō actua li mortali. vt fecit angelos ꝛ multos san/ ctos. Itē q̄ aliquē releuaret a pctō actua li veniali: vt ēt fecit in q̄pluribus sanctis q̄ nūq̄ȝ peccauerūt mortaliter sed bñ ve nialiter. Et aliquos ꝑseruaret a pctō ve/ niali. vt creditur fuisse Joh. bap. ꝛ saltēȝ fecit in paruulis innocentib⁹ sine aliquo pctō actuali decedentib⁹. Itē necesse fuit vt aliquē releuaret a pctō originali vt fe/ cit cū pctō originali nascētes. Et aliqueȝ preseruaret a peccato originali: quod tñ pie creditur fecisse in gloriosa virgine. Mō si dicatur vt sepe dicunt aduersarii hui⁹ ꝯclusionis. Si ꝟgo nō fuit ꝯcepta in peccato originali: ꝑuata fuit ꝑuilegio redēptiōis xp̄i. Rn̄det q̄ equocat de re dēptione: q̄ nō solū redimere dr̄ a pctō purgare: sed ēt ꝑseruare. Nā nos sumus redēpti a morte eterna: ꝛ tñ non fuimus actualiter ꝛ eternaliter mortui. Et Isid. dicit. Abrahaȝ redēptū a deo de vr. cal/ deoꝝ: ꝛ tñ n̄ cecidit: vnde Aug. sup illō ps. Redime me a cal. hoiūm dicit. i. da/ to spū: fac ne false impositiōes hoiūȝ ter rorib⁹ me vincant: ꝛ ne a mādatis tuis ad sua malefacta percurrant. Et Nicola us de lira ibidem ait: vt nō impediant a quiete contemplationis animam meaȝ. ¶ Preterea angeli vtiq̄ redēpti sūt: q̄ tñ redēpti non peccauerūt: Hinc est q̄ ait Beda. omel. ij. in canticis canticoruȝ exponens illud Pauli: Christ⁹ est redē/ ptio nostra. Nūquid ꝛ angelos redemit sicut ꝛ hoies? Dico q̄ angelos illos ꝑser uando: hoies purgando. Et sic patet pri ma pars huius sermonis in qua, pbatuȝ est virginem Mariam conceptam esse sine peccato originali quattuor rōnib⁹. ¶ Pars scd̄a hui⁹ fmonis i q̄ ,pbat q̄ druplicib⁹ euidētissimis auctoritatib⁹ ꝟ/ ginē gliosā eē ꝯceptā sine pctō originali.

Ecūdo in isto sermone ,pbatur bea. ꝟgl. eē cōceptā sine peccato originali auctoritate multiplici: ꝛ breuitati studēdo: ꝛ ordinē inchoatū se quēdo p, quattuor auctoritates scripture sacre: ꝛ q̄tuor scōs doctores hoc idē ,p/ babim⁹. ¶ Primo igitur in ista parte p q̄tuor auctoritates scripture sacre ꝑdi/ ctā ꝯclusionē ,pbabim⁹ q̄rum ꝑma ē. To ta pulchra es amica mea ꝛ macula non est in te. Cāt. iiij. c. Ille doctor famosus Alex. de ales in fine vite sue exposuit ad honorē conceptionis hāc auctoritatem. Tota pulchra es amica mea ꝛ macula n̄ est in te. s. originalis: actualis: venialisq̄ȝ peccati. Et hoc dicens deuot⁹ se ꝯmēdās ꝟgini gliose aiaȝ suā emisit. ¶ Scd̄a au ctoritas

ctoritas est Esa.xviij. Sicut lux meridia
na clara est: q sicut cũ luce nulla ↄmisce
tur obscuritas ita cũ ꝟginis puritate bñ
dicta nõ fuit ↄmixta originalis pcti ma/
cula vel obscuritas. ¶ Tertia auctoritas
est illi⁹ nũcij bñdicti angeli Gabriel dicẽ
tis ad ꝟginẽ. Aue qd͛ dr ab.a.qd͛ est sine
et ue qd͛ est peccato: vnde sine peccato si
militer es tu: et ꝓ ↄñs plena gratia. Cre
de igitur firmiter ꝟbum meũ: ꝙ nullũ
verbũ est impossibile apud deũ. Luce.i.
¶ Quarta auctoritas ẽ illi⁹ sapientis Sa
lomonis in ꝑsona ꝟginis di.puer.xviij:
Ab eterno ordinata sũ. Et nõ imerito:
q Salomõ vidit eã in lumine sapie qd͛
a deo accepat: et iõ ita excellenter exalta
uit eã. ¶ Scd͛o in ista pte ꝓbat dicta cõ
clusio ꝑ quatuor sctõs doctores. Quorũ
ꝑm⁹ est Aug. q in li.de nã et gratia ingt:
Cũ de peccatis agit: de Maria virgine ꝓ
pter honorẽ dñi nullã facere volo q̃stio/
nẽ. Sibi.n.datũ est ad vincẽdũ ex oi pte
pctm̃. Et sequit hac igit ꝟgine excepta si
oẽs sanctos et sanctas cũ ad hoc cõgre/
gare possem⁹: iterrogarẽ. vtrũ eẽnt sine
pctõ: vna voce clamarent. Si dixerim⁹
q pctm̃ nõ habem⁹ ipsi nos seducim⁹:
et veritas in nobis nõ est. Nec itelligit
de peccatis actualib⁹ vt qdã dixerũt quia
ipse dicit oẽs sctõs peccasse excepta ꝟgie
Nõ si itelligeret de actuali falsũ diceret
q innocentes et ꝑuuli decedẽtes nõ pec
cauerunt pctõ actuali: ergo itelligit origi
nali. Preterea ipse facit istã exceptionẽ
ꝓꝑ honorẽ dñi: sꝫ maior honor dñi ẽ di
cere ꝙ nõ peccauit ꝟgo originalr̃ q̃ȝ ac/
tualr̃. Tũ q originale est maioris malitie
cũ totã nãꝫ maculet: actuale ꝟo nõ. Tũ
q originale est radix actualiũ: et nõ ecõ
uerso: q nullus peccauit actualr̃ nisi qa
peccauit originalr̃. Tum q peccatũ ori/
ginale est quasi necessarium: quia null⁹
potest id ex se vitare: actuale aũt stat in li
bertate nr̃a. ¶ Secũdus ẽ Ambrosi⁹ q
in sermone ad gabaonitas loquẽs d͛ vir
gine figurata in virga. Esa.xi.c. Egredie
tur ꝟga de radice iesse etc. sic ingt. Hec
est virga in qua nec nodus originalis: nec
cortex venialis culpe fuit. Hec ille. Cui⁹
dictũ ↄfirmat beatus Tho. in expositio/
ne de euãgelica salutatione di. sic de btã
ꝟgine. Ipa.n. purissima fuit q̃tũ ad cul
pã. q nec originale nec veniale nec mor
tale pctm̃ icurrit. ¶ Terti⁹ est btũs Hie
ro. q in ẜmone de assumptione virg. ad
Paulã et Eustochiũ sic ait: Ois grẽ q̃ ẽ
in xpo: in Mariã venit plẽitudo quãq̃ȝ
aliter et aliter: q.s. xp̃s de iure necessario
Maria ꝟo graꝫ hũit ex ꝓuilegio. Iteꝫ
ibidẽ sic ait. Ceteris per partes Marie
ꝟo totã se infudit grẽ plenitudo. Et iteꝫ
Quicqd humãis dici põt verbis: nihil⁹
est a laude virg. sed possum⁹ vere intelli/
gere et dicere ipam non peccasse: ergo nõ
solũ est verum sꝫ amplioꝛi laude digna.
¶ Quartus et vltim⁹ ẽ deuot⁹ vir. Ma
rie sctũs Anselm⁹: q in li. de ↄceptu virgi
nali sic iquit: Decebat vt illius hominis
conceptio de matre purissima fieret q̃ ea
puritate niteret qua maior sub deo neqt
intelligi. Sed nõ põt maior esse puritas
sub deo: nisi vbi nõ ẽ aliq̃ macula. Et iõ
beatus Tho. in pꝛio distĩn.xliiij. In que/
stione vtrum de⁹ potuerit res facere me
liores in r̃ñsione tertij argumẽti sup di/
ctũ illd͛ Anselmi. inquit ꝙ aliquod crea
tum põt purificari q̃ nihil puri⁹ esse põt
in rebus creatis sine vlla contagiõe pcti
et talis fuit puritas beate virginis q̃ a pec/
cato originali et actuali immunis fuit: ta
men illa puritas fuit sub deo: q erat i ea
potentia ad peccandum. Et sic patet ꝑ di
ctis auctoritatibus beatam ꝟginem sine
originali peccato fuisse conceptã.

¶ Pars tertia hui⁹ ẜmonis in q̃ ꝓbat
q̃druplici miraculoso exẽplo bea. vir. ma
riam eẽ conceptam sine originali pctõ.

t Ertio in isto ẜmone ꝓbat btãm
virginẽ fuisse cõceptã sine pctõ
originali quadruplici exẽplo mi
raculoso et quadruplici exemplo natura/
li. Primo ergo in hac pte ꝓbat dicta cõ
clusio quadruplici exemplo miraculoso
quorũ. ¶ Primũ est sancti Guidasal/
ui capellani beate virgi. archiepi tolosa
ni de quo legitur: ꝙ quotienscunq̃ȝ cele

brabat aderat illi btã virgo bñdicta: ꝛ tã/
tã familiaritatẽ hũit secũ: ꝙ ipa dedit si/
bi planetã vnã ad celebrãdũ dicẽs. Sci/
as Guidisalue me fuisse ꝯceptã sine ori/
ginali macula: celebrabis igit festum ad
honorẽ mee ꝯceptiõis. Archiep̃s ṽo ñ
surdus auditor fact⁹: ꝯposuit vnũ tracta
tũ pulchrũ de ꝯceptiõe ꝛ ordiauit ꝑ to
tã hyspaniã festũ ꝯceptiõis solẽnizari: ꝛ
sic toto tpe vite sue ãnuatĩ publice ꝓdi/
cauit. ¶ Secundũ exẽplũ est btĩ Ber.
q̃ post mortẽ suã in abbatia de claraual/
le cuidam monacho totus lucidus appa
ruit excepto pectore: in q̊ apparebat q̃dã
macula: ꝛ cũ q̃siuisset monachus v̄ñ ha
beret ꝓdictã maculã. Rñdit doctor Ber
nar. cũ tali macula volui tibi apparere:
q: dũ dixi btãm virginẽ ꝯtrxisse maculaꝫ
originalẽ dixi. Et q̃ non retractaui viuẽ
do: volo nũc ꝯtractare mortu⁹ mũdo. Di
cas ergo q̃ audisti ꝛ in me vidisti. ¶ Ter
tiũ exẽplũ est beate Brigide de q̃ in suis
reuelationibus habet ꝙ q̃dã capellan⁹
ei⁹ magister in theologia Mathias no
mine ordinis predicatorꝫ iterrogãs eã di
xit. Te deꝓcor filia: si ṽgo bñdicta est cõ
cepta in originali macl'a. Et dixit illa. Se
mel interrogaui ṽginẽ piĩssimã vt mihi
diceret modũ sue sanctissime ꝯceptiõis.
Cui ṽgo bñdicta dixit: Concepta fui ex
Joachim ꝛ Anna sine originali macula
Hec oĩa reuelauit sctã Brigida suo ca/
pellano sicut audiuerat. Statim ꝓfatus
magr̃ capellan⁹ isti⁹ scẽ Brigide celebra
uit ꝛ ꝓdicauit annuatĩ festũ cõceptiõis.
¶ Quartũ exẽplum est doctoris irrefra
gabilis Alex. de ales q̃ dũ actu legeret in
vniuersitate parisiẽsi nolẽs solẽnizare cõ
ceptionẽ btẽ vir. accidit ꝙ dũ legeret co
rã vniuersitate: tot ĩfirmitates arripuerũt
eũ in die cõceptiõis: vt ab oĩbus veluti
mortu⁹ videret: stãs ergo ĩ eodẽ ꝓposito
ꝑ aliq̃ tpa ãnuatĩ frequẽtatis vicib⁹ ĩ eo
dẽ festo in eãdẽ ĩfirmitatẽ cadebat. Ad/
monit⁹ ergo a suis discipulis ne deberet
vilipẽdere tãte vir. cõceptionẽ: ꝓdictus
Alex. audiẽs talia ṽba: reuersus ad seip̃ꝫ
ex̃ñs in ĩfirmitate ꝓ fata: dıuote vt potuit
btẽ ac gloriose virgini vouit: ꝙ si eũ libe
raret a tali morbo: ad honorẽ sue conce
ptionis vnũ librũ ꝯponeret: q̃ vocaret li
ber btẽ virginis. factoq; voto reduct⁹ est
ad preces vir. ad ꝓstinaꝫ sanitatẽ. Cui⁹
liberatiõe gauisũ fuit totũ studiũ parisiẽ
se. Ipse ṽo nõ ingrat⁹ de tanto bñficio:
reddidit q̃ vouerat: ꝯposuitq; librꝫ vnũ
pulchꝫ vbi ꝯtinẽt oĩa facta isti⁹ mellifiue
ꝯceptiõis ṽginis. q̃ diuidit in sex libros
ꝛ in fine tertij lib. c. penul. Querit vtrũ
ṽgo bñdicta sit in originali pctõ ꝯcepta
ꝛ in corꝑe q̃õnis ponit totũ illð miracu
lũ factũ a ṽgine in se ipso. Et iõ determi
nauit ṽginẽ fuisse ꝯceptã sine pctõ origi
nali: docet ꝛ predicat eius ꝯceptionẽ co
lendã: reuocatq; ꝛ retractat q̃cq̃d in. iij.
sniaꝝ dixerat. ¶ Secũdo in ista pte pre
dicta ꝯclusio pbat q̃ttuor exẽplis nãlib⁹
quoꝝ ꝓmuꝫ est illð. Sicut radij solares
descendũt supra lutũ: ꝛ tñ nõ deturpant
a luto: sed poti⁹ illuminant lutũ: sic ꝛ aĩa
virginis descẽdit supra lutũ humãe nãe
ꝛ tñ non fuit deturpata a luto originalis
culpe: sed potius totã nãm humanã illu
minauit. ¶ Secũdũ exẽplũ est ꝙ sicut
aurum in visceris⁹ terre non corrũpitur
sed ꝑficit: sic ꝛ virgo bñdicta ĩ visceris⁹
matris nõ fuit corrupta aliq̃ macula: sed
poti⁹ a spũ sancto sanctificata. ¶ Tertiũ
exemplũ est sicut ram⁹ ꝓueniẽs a bona
arbore: ꝛ insertus in malam arborẽ: nõ
inficit ab ea: ſꝫ poti⁹ ꝑficit eã: sic ꝛ aĩa btẽ
virgi. ꝓueniẽs a deo ꝛ inserta ĩ corp⁹ btẽ
virgi. abcissũ a ma[illegible] corrupta Ade non
inficit ab ipso: sed potius perficit ipsum.
¶ Quartũ exẽplũ ẽ ꝙ sicut rosa ꝓducit
ex virga spinosa: tamen in se non habet
aliquã spinam: ita aĩa vir. q̃uis a massa
spinosa. i. corrupta fuerit producta: tamẽ
in ipsa anima bñdicta non fuit pcti aliq̃
spina. Absit ergo reꝫ istã facere ꝛc. Cui⁹
ꝓcibus ꝛ meritis tribuat nobis oĩpotẽs
deus vt ad illam gloriam peruenire me
reamur: vbi ipsa cuꝫ filio suo vnigenito
exaltata super angelos gloriosa ꝛ splẽdi
dissima exultat ꝛ regnat in secula seculo
rum. Amen.

¶ Dñica scđa đ aduentu. De obligatione ac necessitate pnie. Sermo. viij.

Uecunqȝ scripta sũt: ad nostrã doctrinã scripta sũt vt p patiaȝ ⁊ ɔsolationeȝ scripturaꝝ spẽ hẽam⁹. Scribũt ad Ro. xv. ⁊ i epl'a occurẽs dñice. Inter cetera. Fratres charissimi q̃ nos scriptura sacra docet: pmaxie instruit neminẽ peccatorem posse saluari sine sacro pnie. Nã vt dictũ est in pħemio hui⁹ opis. Pnia est scđa tabula post naufragiũ peccati mortalis. Idcirco apl's Paul⁹ in ṽbis pallegatis hoc expresse manifestat dicẽs. Quecũqȝ scripta sũt. s. de virtute penitentie ad nostrã doctrinã scripta sũt: vt p patientiã ⁊ ɔsolationẽ scripturaꝝ: dignos fructus đ peccatis nostris pnie faciẽdo: spẽ remissionis ipsoꝝ habeam⁹. Determinatis igit in hebdomada pcedenti. Diffinitiõe: institutiõe: primitate ⁊ originali pcessiõe penitẽtie: in ista dñica benedicta sup dicta ṽba apl'i: tractabim⁹ de eius necessitate ⁊ obligatione. De qua ordinẽ ichoatũ psequẽdo tres cõsideratiões faciem⁹ q̃rũ prima dicet obligatiõis penitẽtie declaratio. Secũda declaratiõis penitẽtie euidens oppositio. Tertia obligatiõis penitentie fundamentalis roboratio.

¶ Pars pma hui⁹ sermõis: in q̃ declarat q̃l'r q̃libȝ peccator tenet facere pniaȝ.

P Rimo igit i ista pte declarat ẟȝ Franciscũ de mairõis ⁊ ẟȝ Scotum in. iiij. di. xiiij. q̃liter quilibȝ peccator obligatur facere penitentiam: qui in hac declaratione facit tria. Primo declarat quid remanet in peccatore post actũ peccati. Secũdo q illud delet ⁊ potest deleri: ⁊ ad hoc requirit aliqua punitio. Tertio q nõ quecũqȝ: sed solũ punitio penitentialis. ¶ Quãtũ ad primũ sciendũ q in peccato ɔsiderant tria scȝ act⁹: habit⁹: ⁊ reat⁹. ¶ Primũ ẽ actualis cl'pa q̃ peccat: de q̃ dr. Ja. pmo. Cõcupiscẽtia parit peccatũ. peccatũ aũt cũ ɔsũmatũ fuerit generat mortẽ: ⁊ quãtũ ad hoc nõ requirit pnia. ¶ Secũdũ est actualis culpa derelicta ex actu inclinans ad malũ pp̄ter freqũtationẽ: iuxta illõ philosophi. ij. Eth. Ex freqũtatis actib⁹ generat habit⁹ de difficili mobilis de qua culpa habituali dr Jo. viij. Qui facit peccatũ seruus ẽ peccati: quia. s. seruit malo habitui ipsum ad malũ inclinãti nec hoc expellitur totaliter p penitẽtiã nisi loquamur de illa penitentia q̃ est pfecta ⁊ continuata: de qua dictũ est. s. in diffinitiõe: sed magis expellit p habituȝ virtuosum ɔtrarium actui peccati: quia sicut ex frequentatis actib⁹ malis generatur habitus malus: ita ex freqũtatis actibus bonis generatur habitus bon⁹ qui expellit malũ. ¶ Tertio est obligatio ad penã: aut eternalẽ: aut temporalẽ. Eterna expellitur per penitentiã interiorẽ ⁊ essentialem: q̃ cõsistit in displicentia peccati cũ ratione ⁊ volũtate. Tẽporalis ṽo expellit p pniam exteriorẽ ⁊ accidentalẽ: que ɔsistit in dolore sensibili: siue in actib⁹ exteriorib⁹. Et hȝ sufficit quãtũ ad primã particulam huius declarationis. ¶ Quantũ ad secũdum sciendũ est q vltimũ põt deleri: ⁊ deletur in hac vita: iuxta illud simboli: Remissionẽ peccatorũ: hoc est: deus est remissiuus pctõꝝ in hac vita. Patet hoc per exemplũ de Petro David: ⁊ Paulo q añ fuerũt in pctõ: ⁊ postea fuerũt beatificati: ẟȝ null⁹ beatificat remanẽs obligat⁹ ad penam eternã soluendã ⁊c. Sȝ aduertẽdũ ẽ q sine pena equalente nõ admittit pctõꝝ absolutio. Cui⁹ rõ est: qꝛ cũ deus velit vendicare ⁊ punire peccatorẽ p peccato cõmisso ẟm ordinatã iustitiã ad hoc q nõ faciat: reqrit q hõ pueniat ipsaȝ aliqua punitiõe debita. Et hoc sufficit quãtum ad scđm. ¶ Quantũ ad tertiũ sciendũ ẽ q pdicta punitio nõ põt ɔuenien̄t⁹ fieri q̃ȝ p actũ volũtaꝭ: qꝛ ẟm sententiam Chriso. de regu. iu. li. vi. Omnis res per quas causas nascitur per easdẽ ⁊ dissoluit. ⁊. ff. de reg. iu. l. nihil habet. Nihil tã naturale est q̃ȝ vnũqđqȝ eo genere dis-

scluere quo colligatū est. Cum igit̄ pec
cati oritur in aīa p actū volūtatis vo/
lendo hoc: vel illud cū delectatione ꝛ li/
bidine: requirit̄ q̄ p actū volūtatis ex/
pellat nolendo illud qḋ voluit cū displi/
centia ꝛ dolore: ꝛ hoc nihil aliḋ est quaꝫ
penitētia: ergo penitētia necessaria ē ad
illud expellendū qḋ remāet̄ p̄cto: ꝛ sic
pꝫ qḋ dicēdū sit' i p̄mo p̄te hui' s̄mōis.
¶ Pars scḋa hui' s̄mōis in q̄ ponit̄ d
claratiōis pnīe euidens oppositio.

Secūdo in isto s̄mone ponit̄ ob
ligatiōis pnīe euidēs oppositio
pbando triplici rōne nullū esse
obligatū ad penitētiaꝫ ꝛ easdē met soluē
do p maiorē declaratione. ¶ Primo p/
bat rōe triūmēbri.i. hn̄te tria mēbra cui'
rōnis est h̄ fundamētum tria sunt bo/
na inter alia: que sine pnīa sufficiūt ad
remissionē culpe: ꝛ consecutionem vite
eterne.s. bōa voluntas: charitas ꝛ ꝯuer
sio ad deū: ergo ꝛc. ¶ Quantū ad pri/
mū mēbrū p quo capit̄ primū bonū .s.
bona volūtas arguit̄ sic Bona volūtas
sine penitentia sufficit peccatori ad cōse
quēdā remissionē peccatoꝝ suoꝝ iuxta
glo. sup illud ps. vi. Qui seminat i lachri
mis. Noli esse tristis si adsit tibi bona
volūtas. vn̄ metit̄ pax. ergo vr̄ q̄ suffici
at habere bonā volūtatē ad pacē eternā
acquirēdā sine dolore penitērie vel sine
actuali cōsideratione peccatoꝝ suoꝝ p̄/
teritoꝝ: ergo ꝛc. ¶ Quātū ad secūduꝫ
mēbrū: p quo capit̄ scḋm bonū p fūda
mento.s. charitas arguit̄ sic: Charitas si
ne penitētia sufficit ad remissionē pecca
toꝝ: iuxta glo. sup illud Luce. vij. Dimi
sa sūt ei peccata multa ꝛc. Ardor chari ta
tis in ea rubiginē peccatoꝝ suoꝝ cōsū/
psit: ergo charitate sine penitētia delent̄
peccata. ¶ Quātū ad tertiū mēbrū p q̄
ponit̄ tertiū bonū.s. Cōuersio ad deū ar
guit̄ sic. Cōuersio ad deum pōt eē sine
animi dolore ꝛ penitētie: q2 sicut se habꝫ
auersio a deo ad dānationē: ita ꝯuersio
ad deū in salutē: sꝫ auersio a deo pōt esse
sine delectatione: vt patet in peccatis spi
ritualibus: ꝛ sic pōt etiā esse causa dāna

tionis ergo cōuersio ad deum sine om/
ni dolore penitētie pōt eē cā salutis: er/
go ꝛc. ¶ Ad hoc respōdet̄ q̄ntū ad oīa
mēbra: ꝛ primo ad p̄mū mēbrū p̄mi
argumēti s̄m Alex. de ales vbi. s̄. q̄ illa
glo. loqtur d bona volūtate faciēdi opa
misericordie nō suppetēte facultate. Vn̄
glo. precedēs ait: opa misericordie semi
nant: atqꝫ sufficit bona volūtas si defi/
cit facultas. Et ideo postea subdit. Noli
esse tristis si est tibi bōa volūtas. ¶ Ad
secūdū dicas s̄m eūdē vbi. s̄. q̄ illa ru/
bigo est quidam defectus ex ꝯsuetudīe
peccati ꝯtractus.s. abusio q̄dam ex p̄te
intellectus: ꝛ libido ex p̄te affect'. Unde:
sicut ferrū consumit̄ in rubigine: ita in
istis defectib' virtus in dictis potentijs
est diminuta: qui defectus: virtute cha/
ritatis optie reparat̄. Attamē charitas si
ne pnīa nō sufficit ad remissionē pctōꝝ
q̄ntū ad culpā: q2 sicut inter hoīes nō re
stituit̄ amicitia post offensā nisi p dolo/
rē aliquē d offensa: ita nec charitas post
pctm̄ nisi pter pnīaꝫ. ¶ Ad tertiū mē/
brū dicas s̄m Tho. in. iiij. di. xiiij. q̄ sicut
auersio a deo semp hꝫ quādā cōplacen/
tiā volūtatis: ita ꝯuersio ad deū dꝫ habe
re displicētiā: ꝛ hic dolor displicētie dicit̄
pnīe. Uel dicas q̄ velle auerti a deo sine
oī ꝯuersione ad aliqḋ delectabile sufficit
ad pctm̄ pter inordinationē volūtatis:
sed velle ꝯuerti ad deū sine dolore pnīe
nō sufficit ad meritū. ¶ Scḋo opponit̄
ꝯ obligationē pnīe rōne simplici sic ar/
guendo: hō offensus pōt remittere of/
fensaꝫ absqꝫ hoc q̄ offendētem penite/
at. ergo a fortiori multo magis deus. q̄ ē
sūme misericors ꝛ essentialiter ꝛ pnior
ad miserandū q̄ꝫ dānādū pōt remittere
offensā sine pnīa. Qḋ si pōt: etiā dꝫ: q2
maior est misericordia remittere sine pe
nitētia ꝛ satisfactōe q̄ꝫ ecōuerso: ergo ꝛc.
¶ Ad h̄ rn̄. s̄ꝫ Alex. d ales: vbi. s̄. q̄ cū
i oī ope dei reluceat mīa ꝛ iustitia: iuxta
illud ps. Uniuerse vie dn̄i misericordia
ꝛ veritas si sola mīa pctm̄ rmitteret̄ sine
penitētia nihil eēt de iustitia. Et iō reqri
tur pnīa vt seruet̄ ordo iusticie p aliquā
punitionē

punitionē pctī: vt in hoc ope remissiōis reperiat iustitia ex pte penitentis: et miseri cordia ex pte dei remittētis: vñ glo. super illud ps. Iustitia añ eū ambulabit: ait: pma hoīs iustitia est vt puniat i se malū et faciat se bonū. Et sic pz ad scdz ar. ¶ Tertio opponit ɔ obligationē pnie: p locū ab impossibili sic arguendo: ip ossi biliū nulla est obligatio. ff. de re. iu. l. im possibiliū. sz impossibile est p pniam de leri pctm ergo et c. Minor probat sic. deutro. xxv. Scdm mēsurā pcti erit et plagarū modus: sed pnia est minus bonuz q̄z peccatū mortale sit malū: qr pnia est finitū bonū peccatū aūt infinitū maluz. Nō patet p illud Anselmi. lj. Cur deus hō. c. vij. Tantū malū est peccatū: quātus est q offendit: sz ille est infinit⁹. s. de⁹ ergo peccatū ē infinitū. Et finiti ad infiniti nulla est pportio: ergo cū pnia sit finita et pctm infinitū: et pportio debeat eē pnie ad culpā: vt dictū est: impossibile ē q aliqs pniam faciat sufficiētē: ergo et c. ¶ Ad hoc. R. dupliciter. pmo ad argumentū. scdo ad formā argumēti. Prio R. ad argumētū. q qdlibz magnū pctm p pniam pōt deleri: qd pbo trib⁹ rōnib⁹ pmo rōe iniūctiōis. scdo rōne afflictionis tertio rōne miseratiōis. Prio dico rōne iniūctionis: qr q dixerit deū pcepisse ipossibile anathema sit: ait Hier. Sz facere pniam et deo satisfacere est in pcepto: vt dictum est. s. ergo et c. Confirmat hoc Hiero. in epistola ad Rusticum dicens sic locuti estis di. Errores nostri et iniquitates nostre sup nos erūt et i ipsis contabescim⁹: et quō salui eē poterimus dic eis. Viuo ego dicit dñs: nolo mortē impii: sz vt cōuertat et viuat: quare moriamini dicit dñs. Nihil ita offendit deū q̄z desperatione maloz heret priorib⁹: sz et ipsa despatio icredulitatis indiciū sit. Nō si metueret vtiqz bonis opib⁹ se iudici prepararet. Audiam⁹ p Hieremiam loquētē dñm. Conuerte pedē tuū a via aspa: et guttur tuū a siti. Et iterū. Et q cadit nō resurget: et q auersus ē nō reuertet. Et p Esaiā. Nū cōuersus ingemueris: tūc saluus eris: et scies vbi fueris. Scire nō possum⁹ egrotatiōis mala nisi cū fuerit sanitas cōsecuta: et quātū virt⁹ habeat vitia demōstrant clariusqz fit lumē compatione tenebrarum. ¶ Scdo idē probat rōne afflictionis: qr cōsideratio vicioz et suppliciorz debita satisfactio est cū pena adeqtat culpe: sz contingit penā assumere equalē delectationi q̄ fuit in peccādo. ergo possibile est pniam facere et deo satisfacere d qlibet pctō. Vñ Hie. vbi. s. ait. Totā pniam peccatoris ostēdit ps. qnqnagesim⁹: qñ igressus ē Dauid ad Bersabee vxorē Vrie et Nathan pphetante rñdit dicēs. Peccaui: Statī qz meruit audire: Dñs qqz trāstulit a te pctm tuū: adulterio eni iūxerat homicidiū: et tñ ɔuersus ad lachrymas vēiā cōsecut⁹ ē. ¶ Tertio h idē pbat rōe diuine miseratiōis: qr maior ē dīna misericordia q̄z sit oīuz pctōz misia: vt ait Aug. Cū ergo sit de⁹ pnior ad miserādū q̄z ad puniēdū quātūcūqz pctm sit graue. si petierit nō negabit ei vēia. Vñ Hie. vbi. s. ait. Quāte aūt sit misicordie: et quāte vt ita loqr nimie i effabilisqz sit clemētie Osee nos doceat p quē logt de⁹ qd tibi faciaz effraym: qño te ptegā isrl: qd inqz tibi faciā: sic adamātē ponā te: et sic Soboym ɔuersū ē cor i me ɔuersa ē pñitudo mea nequaqz faciā fz irā furoris mei. h ille. ¶ Scdo vt illa clari⁹ itelligāt et ad formā argumēti clari⁹ rñdeat. Tria notāda sūt fz Tho. l. iiij. di. xv. ar. ij. Primū ē qr in argumēto d darat q pnia ē finita et peccatū ifinitū. ergo et c. Nō sic offēsa dei vl culpa quā i deū cōmittim⁹ ē ifinita: eo q offēdit de⁹ q ē ifinit⁹. Ita pnia et satisfactio quā facim⁹ deo p pctis ɔmissis ē ifinita: eo q misicordia et gr̄a dei. p quā est deo acceptū oē illō qd hō deo reddere et facere pōt ē ifinita. ita q pnia et satisfactio p pctis ex ifinitate diuie misicordie acceptātis ifinita dr. ¶ Scdm ē fm eūdē et ēt Ri. l. iiij. di. eadē ar. pmo. q. ij. qd facere aliqd acceptū deo duob⁹ mōis pōt itelligi. Aut. s. vtute ppria: aut virtute alterius. Primo mō nullus pōt ɔdignā

pniam facere ⁊ deo satisfacere pro pctis i
deũ cõmissis. ⁊ sic intelligit ista rõ. Se
cũdo mõ .s. adiutorio xp̄i ⁊ virtute paſ/
sionis ei⁹ qlibet quantũcũq3 pctõr ma
gn⁹ penitẽs de pctis suis: deo satisfacere
põt: eo q̄ meritũ xp̄i est ĩfinitũ: sufficiẽ
tia: efficacia: ⁊ dolore. ¶ Tertiu3 est q̄
aliud est facere equalens: aliud est face
re possibile: sed de⁹ nõ exigit a peniten/
te equalens: q2 hoc ẽ ĩpossibile. Vñ Ari
sto. viij. Ethico. ait. In his honorib⁹ q
sunt ad deũ ⁊ ad parẽtes non tenet hõ
ad equalẽs sed ad possibile. vñ tenet pe
nitẽciã agere s3 possibilitatẽ suã. ⁊ sic p3
oppositõ obligatõis pnie cũ suis solõib⁹
¶ Pars tertia hui⁹ s̄monis in q̄ ꝓbat
pctõres ad pniam obligari triplici lege.

Ertio in isto s̄mone ponit obli/
gatiõis pnie sũdata roboratio.
Nã oẽs pctõres obligari ad pe
nitẽciã p agẽdã ad salute3 ↄsequẽdã ꝓba
tur triplici lege. s. nãli: scripture: ⁊ grẽ.
¶ Prio roborat pnie obligatio lege na
ture sic. Gen. iij. dicit scriptura. Adam
vbi es. vbi gl. Vox ẽ vocantꝭ: ⁊ ad pnia3
reducentꝭ: s3 tũc nulla erat lex nisi nãe:
ergo ⁊c. Preterea si d iure nãli tenet q̄s
nõ iniuste negligere vitã corpis: sed sa/
lubriter vitat mortẽ. Ait. n. Tulli⁹ lib. d
officijs. c. i. Prio generi aĩantiũ oĩ est a
nã tributũ vt se: vitã: corpusq3 tueat: de/
clinetq3 ea q̄ nocitura videt: oĩa q̄cũq3
sunt ad viuẽdũ necessaria ingrat ⁊ paret
Hec ille. Incõpabiliter magis tenet ad
vitã aĩe ⁊ ei⁹ mortẽ vitare. s3 hoc fieri nõ
põt nisi ꝑ pniam. ergo ⁊c. Nã ꝑ pctm̄ ꝓ
uat q̄s grã: sed ꝑ pniam gratia infundit
⁊ pctm̄ excludit: vt patebit. j. ergo pecca
tori ad remissionẽ culpe: ⁊ ad cõsecutio/
nem glorie est necessaria pnia tãq3 ĩfir/
mo medicina. Item iure nature tenet q̄se
qlibet reddere inocẽtẽ: ⁊ absq3 iniqtate:
q2 tenet qlibet diligere seipm recte: sed
reus h nõ põt facere: nisi aut faciẽdo q̄
nũq3 nocueri q̄d ẽ sibi ĩpossibile. Aut
puniẽdo id q̄d nocuit: q̄d fit ꝑ pniam.
Vñ Aug. s̄mõe. xij. Tu fecisti: tu reuo
ca: tu dole: tibi ignoscit: s3 nisi tibi displi
ceas peccator: placere non potes iusto
ergo ⁊c. ⁊ sic patet ꝑ legẽ nature nos ob
ligari ad ip̄am pniam. ¶ Secũdo ide3
ꝓbatur ꝑ legẽ scripture: auctoritatib⁹ ꝓ
pheticis: ꝑ scripturã discurrẽdo tali mõ.
Scificamini ⁊ s̄cti estote: q2 ⁊ ego s̄cũs
sum. Leuiti. xx. Cũ quesieris dñm deũ
tuũ iuenies eũ: si eũ toto corde q̄sieris:
⁊ cũ tota tribulatione aĩe tue. Deut. iiij.
Si populus agens pniam ⁊ ↄfitẽs nõi
tuo venerit ⁊ adorauerit: ⁊ dep̄cati fue/
rint in domo hac: exaudi ĩ celo ⁊ dimitt
te populo pctm̄. iij. Reg. viij. Si q̄sieritꝭ
dñm inuenietis: si aũt dereliquetis eũ
derelinq̄t ⁊ vos. ij. Paralipo. xv. Post
q̄ꝫ coãgustat⁹ est Manasses egit pnia3
ij. Paralipo. xxxiij. Lauit corpus suũ ⁊
vnxit se myrrha optĩa. s. pnia. Judit. x.
Pellẽ ꝓ pelle: ⁊ cũcta q̄ h3 hõ dabit ꝓ
aĩa sua. Job. ij. Si iniqtate3 q̄ in manu
tua est abstuleris a te ⁊ nõ ꝑmanserit in
iustitia in tabernaculo tuo: tũc leuare po
teris faciẽ tuã absq3 macula. Job. xi. De
dit illi dñs locũ pnie: ⁊ ille abutit eo in
sup̄biam. Job. xxiiij. App̄hendite disci/
plinã ne qñdo irascatur dominus ⁊ pe.
⁊c. ps. ij. Querite dñm ⁊ viuet anima
vestra. ps. lxviij. Letetur cor querentiũ
dñm. ps. ciiij. Feci iudiciũ ⁊ iustitia3 pu
niens: ne tradas me calũniantibus me.
ps. cxviij. In simplicitate cordis q̄rite
illũ. Sapie. i. Inuenitur sapiẽtia ab his qui
querũt illã. Sapie. vj. Dabas locũ pnie:
nõ ignorãs q̄ nequã natio eoꝝ. Sapie.
xij. Qui timẽt dñm: preparabunt corda
sua. Ecclesiasti. ij. Altissim⁹ odio h3 pec
catores: ⁊ miseretur penitẽtibus. Eccle/
siasti. xij. altissimus creauit medicinam.
i. pniam: ⁊ vir prudens nõ abhorrebit
eam. Ecclesiasti. xxxviij. Vulnus ⁊ liuor
⁊ plaga tumens nõ est circũligata: nec
curata medicamĩe. s. pnie: nec fota oleo
s. miĩe. Esa. i. Venit mane ⁊ nox: si q̄ritis
querite. i. si queritis in aduersitate: q̄rite
in aduersitate. Esa. xxi. Et vocauit dñs
in die illa ad fletũ ⁊ plãctũ: ⁊ ecce gaudi
um ⁊ letitia. Esa. xxij. Querite dñm dũ
inueniri põt. Esa. lv. Ex primo die quo
posuisti

posuisti cor tuū ad intelligēdū: vt te affli-
geres: in cōspectu dei tui exaudita sunt
vba tua. Dan. 10. Et sic patet nos obliga
ri ad pniam lege scripture. ¶ Tertio idē
pbat gratie lege discurrendo sic. Aper-
tis thesauris suis obtu. ei mune. aurum
thus: ⁊ myrrhā. i. penitētiā. Mathe. ij.
Per aliā viā reuersi sūt. i. pnie. Ibidem
Facite dignos fruct⁹ penitētie. Mathe.
iij. pniaꝫ agite. appro. regnū celo. Math.
iiij. Qꝫ angusta ⁊ arcta ē via q̄ ducit ad
vitā ⁊c. i. pnie. Ma. vij. Qui nō accipit
crucē. i. penitētie. ⁊ nō sequit̄ me: nō est
me dign⁹. Mathe. 10. Qui vult venire
post me tollat crucē suā. i. pnie. Luc. xi.
Viri Niniuite surgēt in iudicio cū gene
ratiōe hac: ⁊ cōdemnabūt eam: q2 pe-
nitentiā egerūt in pdicatione Jone. luc.
xi. Cōtendite itrare p angustā portā. ibi
dē. Gaudiū est angelis dei sup vno pec
catore penitētiā agente. Lu. xv. Si spū
facta carnis mortificaueritis: viuetis Ro.
viij. Obsecro vos p misericordiā dei fra
tres: vt exhibeatis corpa vr̄a hostiā scāꝫ
deo placentē: rōnabile obsequiū vr̄m.
Ad Ro. xij. Abijciam⁹ opera tenebrarū
⁊ indua. ar. lu. i. pen. Ro. xiij. Verbū cru
cis. i. pnie: pereūtibus stultitia ē: his aūt
q salui fiūt: virt⁹ dei ē. i. Chor. i. Semp
mortificationē Jesu in corpe vestro cir-
cūferētes. ij. ad Chor. iiij. Qui aūt chri-
sti sūt carnē suā crucifixerūt cuꝫ vitijs ⁊
cōcupiscentijs. ad Gal. iiij. Renouami
ni in spū mētis vestre: ⁊ induite nouum
hoiem: q s̄m deū creat⁹ est. Ad Ephe.
iiij. Induite vos armaturā dei: vt possi-
tis stare aduersus isidias diaboli. i. peni
tentiā. Ephe. vi. Cōfigurat⁹ sum morti
christi. Phil. iij. Christo in carne passo
⁊ vos eadē cogitatiōe armamini. i. Pe.
iiij. Dedi ei tps vt pniam ageret ⁊ non
vult penitere a fornicatione sua. Apoc.
ij. memēto vnde excideris: ⁊ age pniam
⁊ prima opa fac. Ibidē Emulare ergo
⁊ penitentiā age. Apoca. iij. ¶ Cōfirmā
tur pdicta auctoritatib⁹ sanctoꝝ. Et pri-
mo auctoritate Greg. in quadā. Omel.
sic di. Cū in graui peccato miser homo
labitur: suadet ei diabolus: ne peniteat:
ne ꝯfiteat: peccatū leue ⁊ modicū affir-
mat: predicat misericordiā. lōginquum
vite spatiū pmittit: pmanere in peccato
suggerit: vt sic in ꝯtēptū dei ⁊ despatio-
nē sui iducat ⁊ pdat. Hec ille. Itē aucto
ritate Aug. sup ps. l. di. Sūt multi quos
peccare nō pudet: agere pniaꝫ pudet. O
icredibilis insania: de vulnere ipso n̄ eru
bescis: De ligatura vulneris erubescis.
Nōne vuln⁹ fedi⁹ ⁊ putridi⁹ est. Cōfuge
ergo ad medicū ⁊ age penitētiam. Dic
iniqtatē meam agnosco ⁊ pctm̄ meū ꝯ
tra me est semp. Tibi soli peccaui. q2 tu sol⁹
sine peccato. Hec ibi. Et in li. Enchiri-
dion. c. lxix. ait. Sꝫ neq3 de ipsis cribus
magnis ⁊ remittēdis in eccl'ia dei mise-
ricordia desperanda ē agētib⁹ pniaꝫ s̄ꝫ mo
dū cuiuscūq3 pcti. In actiōe aūt penitē
tie vbi tale cōmissū ē vt is q cōmisit etiā
a corpore christi sepet̄: nō tm̄ ꝯsiderāda
est mēsura tpis q̄ꝫ doloris. Cor eni ꝯtri
tū ⁊ humiliatū deus nō spnit. Hec ibi
⁊ in li. de pnia idē ait. Ceteroꝝ hominuꝫ
q nō sūt paruuli: null⁹ trāsit ad christuꝫ
vt incipiat esse qđ nō erat: nisi peniteat
eū fuisse qđ erat. Et alibi idē ait. Quis
dubitet in quacūq3 tpali felicitate verse-
mur: penitere tamē nos debere, hui⁹ vi-
te: vt ad illā incorruptionē tota auiditate
curram⁹ Inde ē eni qđ etiā apostol⁹ ait.
quādiu sumus pegrinamur a dn̄o p fidē
eni ambulam⁹ nō p spēm. Hec ibi. Et
in li. de distictionib⁹ fidei idē ait. Venia
peccatorib⁹ salubriter psumat̄ ab illo q
nō vult mortē pctōris a pditione peni-
tēdo ⁊ saluēi miseratiōe dn̄i. Si qs alit̄
de iustissima pietate dn̄i sentit n̄ christia
nus sꝫ nouatian⁹ ē. hec ille. Itē auctori-
tate. Ambro. in. ij. li. de pe. sic di. Tanta
est penitētie medicina vt mutare videat̄
suā deus sententiā. In te ergo est vt cna
das: vult rogari dn̄s: vult de se sperari:
vult sibi supplicari: homo es ⁊ vis roga
ri vt ignoscas: ⁊ putas deū tibi nō rogā
ti ignosceř hec ille. Itē auctoritate chris.
in li. de cōpunctiōe cordis sic di. Velo-
ci⁹ ⁊ vehementius oportet satisfacere: ⁊

penitudinem gerere cōmissi: ꝛ cito recedere ab his actib⁹ qbus offendit deus. Neqꝫ enī rectas ꝛ ingenuas mentes ita offendū: quāuis grauissimi iniuria delicti: vt cōtēptus satisfaciendi. Peccare nāqꝫ humanū est: pmanere aūt in pctis diabolicū est. Jtē auctoritate Hiero. in epistola ad Occeanū de morte Fabiole sic dic. O felix penitentia q̄ dei ad se traxit oculos: que furētē sniam dn̄i ꝯfesso errore mutauit. Hoc idē ꝛ Manasses ī Paralipomenō. Hoc ꝛ Niniue fecisse legim⁹ in ꝓpheta: publicanos quoqꝫ in euāgelio e quib⁹ pimus nō solū indulgentiā sed ꝛ regnū accipere meruit. Ali⁹ iam pēdentē dei fregit irā. Terti⁹ pect⁹ verberans pugnis: oculos nō leuabat ad celum: ꝛ multo iustificatior recessit publicanus humili ꝯfessiōe vitioꝝ q̄ phariseus supba iactatiōe virtutū. Hec ibi. Et idē in epistola de obiurgatione Susāne sic ait. Non est dubiū leuius esse crimē vbi peccatū suū homo vltro ꝯfitet ꝛ penitet: at vbi celans mala sua ꝛ inuit⁹ detegit ꝛ nolens publicat illud grauius scel⁹ est ꝛc. Sed tu q̄ iam igressa es agonē penitētie insiste misera: fortiter ī here: tāqꝫ naufragio tabule: sperās p ipsā te posse ꝯ ꝓfūdo cris liberari. Jnhere pnie vsqꝫ ad exitū vite: nec tibi presumas ab humano die posse veniaꝫ dari: qꝛ decipit te qcūqꝫ hoc tibi voluerit polliceri. que enī ꝓprie in dn̄m peccasti: ab ipso solo ī die iudicij ꝯuenit remediū querere. Hec ibi ꝛ in epistola ad Sabianū sic ait ibidem Samuel quondā lugebat Saulē ꝛc. Jtē ibidē: idē Hiero. inqt. Liber ille quē ꝓpheta deuorat: ois series scripturarū est in qbus ꝛ penitens plangit: ꝛ iust⁹ canit: ꝛ maledicit despātī. Nihil ita repugnat deo q̄ cor impenitens. Solū crimē est qd veniam cōseq nō pōt. Si igit ignoscit post peccatū qui peccare desistit: ꝛ ille flectit iudicē q rogat. Jmpenitēs aūt ois ad iracūdiā prouocat iudicantē. Solū despationis crimē est qd mederi nequeat. Porro vt scias quotidie dn̄m peccatores ad penitentiā ꝓuocare: q si rigidi ꝯfiterint de clemētie: eū seuerū: ꝛ trucem faciēt. Audi Esa. verba di. Jnuitabit inqt dn̄s sabbaoth in illa die ad fletū ꝛ planctū ꝛ decaluationē ꝛ accinctionem ciliicioꝝ: ipsi vo fecerūt leticiā ꝛ exultationē: mactātes vitulos ꝛ imolātes oues vt comederēt etiā carnes ꝛ biberēt vinū dicentes. Māducem⁹ ꝛ bibam⁹ cras enī moriemur. Post q̄s voces ꝛ pdite mētis audaciā scripturā cōmemorat di. Et reuelata sūt hec ī auribus dn̄i sebbaoth: Nō dimittet vobis pctm̄ hoc donec moriamini Si enī pctō mortui fuerit quō nūc eis dimittit peccatū: qꝛ q̄diu ī pctō vixerint nō dimittit. Parce q̄so aīe tue crede dei filiū futurū esse iudicē. hec ille Si igit volum⁹ seruari ac saluari agam⁹ pniam: p quā eternam mereamur gloriam in secula seculoꝝ: Amen

¶ Feria secūda post pmā dn̄icā de aduētu de quātitate pnie. Sermo. ix.

Quecunqꝫ scripta sūt ad nraꝫ do. scri. sūt. Jterū vbi. s. qꝛ fm eundem aplm Pau. Fres charissimi scribētē ad Thio. ij. epla. c. iij. Ois scriptura diuinit⁹ īspirata vtilis ē ad docēdū arguēdū: corripiēdū ꝛ erudiēdū in iusticia. Postq̄ docuim⁹ ex scripturis sacris in sermone pcedenti: Oēs peccatores obligari ad pniam pagendā: Restat in pn̄tiarū vt doceamus quāta pnia sit necessaria: ad h vt delere possit cōmissa: ꝛ ad premia perducere eterna. Et hoc idē in scripturis instruam⁹: qꝛ vt dixit thema nrꝫ. Quecūqꝫ scripta sūt: ad no. do. scri. sūt. Et quia de quantitate penitentie plures sūt spēs. Quantitas. s. intensa: quantitas continua: ꝛ quantitas discreta. De quantitate igit intensa, in isto sermōe tm̄ cā breuitatis tractādo tria solū cōsiderabimus siue considerationes tres faciemus: quaꝝ Prima dicetur dubij declaratio. Secunda duorum malorum prelectio. Tertia quātitatis determinatio.

¶ Paro pn̄ma

¶ Pars prima hui⁹ sermonis. Querit̃ Utrũ sit necesse plus dolere de vno peccato q̃ de aliquo temporali.

PRimo igitur in isto Sermone mouetur vnũ dubium. Si ad h̃ q̃ pnia sit sufficiens necesse sit plus dolere de aliquo peccato q̃ de aliquo temporali. Ad qḋ respondetur ſm Ri. in. iiij. di. xvij. ar. p̃. q. v. in r̃ñsione tertij argumẽti. Et Bona. in. iiij. di. xvi. ar. ij. q. i. distinguentes duplicẽ dolorẽ. Primus pōt dici displicẽtia rõnis. Secũd⁹ passio resultans in sensibilitate. i. dolor sẽsibilis. Primo modo dolor est displicẽtia peccati que si sit informis est attritio si formata est contritio: sed non formatur de lege cõmuni nisi sit maxima i cõparatione aliorum dolorum. quia quanto magis aliquid debet placere: tanto ei⁹ oppositum debet displicere. Sũmũ aũt bonum a quo seperatur homo per peccatum mortale magis debet placere q̃ oĩa alia bona: ergo ꝛc. Preterea animus intus plus deo vnit q̃ sibi p amorẽ: sed ꝺ eo cui magis vnit magis dolet cum seperatur. ergo magis dolet de peccato q̃ de morte, primi ꝛ corporis proprij. Item dolor penitentie est a gratia ꝛ libero arbitrio: sed alius dolor de re tẽporali est solum a culpa ꝛ libero arbitrio sed gratia plus roborat in bono q̃ culpa inclinet ad malum: ergo motus penitentie fortior est ergo. ꝛc. Item dolor fundatur in amore ſm Augu. sed amor dei debet esse maior oium rerum creatarum: ergo dolor ex amissione dei. hoc idem probatur ab auctoritate. Augusti. xxi. de ciui. dei. c. xxvi. dicentis. In amissione rerum necesse est vt tantum vrat dolor: quantũ inheserat amor: tunc sic summum bonum quod per peccatũ amittitur maxime est diligendum: ergo ꝺ ei⁹ amissione maxime est dolendum: ergo ꝛc. Confirmatur hoc per illud Miere. vi. filia populi mei accinger̃ cilicio: ꝛ cõspergere cinere luctum vnigeniti fac tibi planctum amarũ: q: glosa ibidem ait Propheta docet penitentem qd facere debeat: nichil enim dolentius vnigeniti morte. Ex quo patet q̃ oportet q̃ dolor peccati sit maximus in comparatione oium dolorum: sed omnia illa h̃ñt itelligi de dolore displicentie rõnis siue voluntatis. Unde Bonauẽ. dicit q̃ i casu q̃ oportet preeligere vel consentire in peccatũ siue cõplacentiam peccati vel tollerantiã pene: quilibet tenet̃ ꝑeligere siue magis eliger̃ penã q̃ velle peccare siue peccasse. Secundo aũt modo capiendo dolorem pro passione sensualitatis causata ex displicentia peccati: ꝛ hũc dolorẽ nõ oportet esse maximũ: nec minorem multis doloribus causatis ex amissione aliquarũ rerũ tẽporalium nõ multũ etiã magnarũ. Cuius ratio est quia vires inferiores magis mouẽtur de lege cõmuni ex apprehensione suoꝝ obiectoꝝ q̃ ex redũdantia superiorum viriũ. vnde talis dolor nõ semꝑ est in potestate hominis: ꝛ ideo nõ reqritur ad penitentie necessitatẽ sed ad eius ꝑfectionem. Nõ si. ꝯtradicat. s. q̃ nõ oporteat eẽ maiorẽ dolorẽ de peccato quocũq; modo accipiat̃ q̃ de aliquo temporali: quia quãtũcũq; parua gratia delet omnẽ culpã. ergo similr ex pte doloris quãtũcunq; sit paruus si est gratia informatus delebit oẽm culpã: ergo nõ oportet q̃ sit maior omni alio. R. ad hoc q̃ dolor quãtũcunq; sit paruus sufficit si sit gr̃a informat⁹. Sed nota q̃ nũq; illum gr̃a informat nisi prius vindicet sibi in corde dominiũ ꝛ excessũ oiũ doloꝝ quo ad actum vel motũ volũtatis saltẽ rõnalis. Itẽ si dicat̃ ꝯ illã pte cõclusiõis. s. q̃ nõ sufficit pnia nisi etiam sit dolor sensibilis maior oiũ dolorum: ꝑ rõnem ꝛ auctoritatem. Per rõnẽ sic. Dolorẽ pro filio perdito quãtũcũq; magnũ: pōt voluntas exercere per se sine gr̃a: dolorẽ ꝟo sufficientẽ pro peccato mortali nõ pōt qs exercere ex se sine adiutorio gr̃e: que ẽ virtutis infinite. Si igit̃ actiões sũt ꝑportionate virtutib⁹ a quibus exercẽtur voluntas cũ gratia nõ in isinitũ potentior ẽ q̃ volũtas sola: sequit̃ q̃ dolor q causatur

a volũtate cũ gratia: erit infinite maior
q̃ȝ dolor cãtus a volũtate sola: ergo. ⁊c.
Per auctoritatẽ Aug. ꝯ pe. di. iij. §. sunt
plures idẽ ꝯcludit. ait enim sic. Satis
durius est cui⁹ mẽtis dolorẽ oculi carnis
nequeũt declarare: sed sciat se culpabilr̃
durꝫ q̄ deflet dãna tp̃is vel mortẽ amici
⁊ dolorẽ pc̃ti nõ ondit lachrymis. Hec
ille. Ꝯ. ꝓmo ad rõnem: ꝙ hoc bene seq̃
retur si volũtas cũ grã exerceret semꝑ
ex se tãtũ actum quãtũ posset: ergo. In
via aũt nõ est sic. nõ enim tenemur hic
exercere actũ excellẽtissime charitatis.
Ad auctoritatẽ Aug. Alex. ait ꝙ sic itel
ligit: sciat se culpabiliter durꝫ .i. dꝫ culpa
re duritiã suã. q꞉ non est sine aliq̃ culpa
saltẽ veniali. ⁊ hoc pp̄ negligẽtiã ei⁹: q꞉
si feruẽs esset vtiqꝫ ꝓ pctõ sicut ꝓ dãno
tp̃ali ploraret. Sũt nãqꝫ nõnulli q̄ nul
lo mõ flere pñt ⁊ hoc forte ex capit̃ sic
citate: ⁊ istis nõ oꝫ multũ timere si pro
pctõ nõ plorãt. Alij sunt q̄ q̃si pro oĩbus
ꝓni sunt ad fletum. Et isti modo ꝑdicto
sciant se culpabilr̃ duri si ꝓ pctõ nõ plo
rant. Et sic pꝫ q̄d dicendum pro prima
parte huius s̄monis.

¶ Pars scd̃a hui⁹ s̄monis in q̃ decla
rat ꝙ de duob⁹ malis min⁹ sit ꝑeligẽdũ

Ecũdo in isto s̄mone declarã
dum ẽ s̄m Alex. de al. alibi .ꝯ.
Qd̃ si q̃rat an ꝑeligẽda sit susti
nẽtia pene inferni offense dei sine pctõ
mortali. Hec q̃stio nulla est de se: q꞉ vbi
nõ dꝫ esse electio: nec ẽt ꝑelectio. Illud
aũt sub electiõe nõ cadit q̃ homo separ
a deo. Qd̃ patet q꞉ pena inferni illata i
cludit patiendi iram .s. pctũ. Si aũt qua
dã abusiõe electionis supponeret inter ꝑ
dicta posse fieri electionẽ. dico ꝙ ꝑeligẽ
da esset perpetratio pc̃ti ipi pene iferni.
Cui⁹ rõ: q꞉ vnũ malum ꝑeligẽdũ ẽ duo
bus: sꝫ pena eterna iportat duo mala .s.
cruciatũ iferni vehemẽtissimũ ⁊ obitũ il
lius cruciati .s. pctũ quo aĩa eternaliter
separat a deo ⁊ cruciat in inferno: ita ꝙ
inflictio illius pene separationis ꝑpetue a
deo duplex malũ iportat .s. culpe ⁊ pene
ꝑpetratio pc̃ti vnũ solũ malũ iportat .s.
malũ culpe. Si aũt poneret iter ꝑdicta.
.s. inter ꝑpetrationẽ pc̃ti ⁊ sufferẽtiã pene
inferni posse fieri electõnẽ inquãtũ pena
inferni ẽ: tñ pena inferni sine pctõ infli
cta: tñc dico ꝙ talis electio pene nulla ẽ:
q꞉ nõ posset fieri sine derogatiõe bonita
tis diuine: cuius misericordia sup exal
tat iudiciũ. Iaco. ij. Propter qd̃ dictuꝫ
talis pena nõ est preeligẽda duplici rõ
ne. Pria est: q꞉ talẽ penã .s. iferni iflige
re sine culpa derogat bonitati diuine: vt
dictũ est. Scd̃a rõ q꞉ est magis detestã
dum a singulis aliq̄d fieri a deo in sue
bonitat̃ derogatõeꝫ q̃ȝ aliq̄d fieri ꝯ legẽ
sicut enim mihi ꝑeligẽdũ est me nõ eẽ
q̃ȝ ipsi deum nõ esse. Ita ꝑeligẽdum ẽ
me aliq̄d iniuste facere q̃ȝ deũ. Sed q꞉
Ansel. in li. de similitudinib⁹: videt senti
re oppositũ. De hoc multuꝫ dubitat: ait
enim sic. Si hinc pc̃ti pudorẽ ⁊ illic cer
nerẽ inferni horrorẽ: ⁊ necessario habe
rem vni eoꝝ imergi: ꝑus me in infernũ
imergerẽ q̃ȝ pctũ i me inmitterẽ. Mal
lem .n. purus a pctõ ⁊ inocens in gehẽ
nam intrare: q̃ȝ pc̃ti sorde pollutus re
gnũ celoꝝ tenere: cum ꝯstet solos ma
los in iferno torqueri: ⁊ solos bonos in
celesti beatitudine foueri. Hec ille. Ad
dicẽdũ s̄m Alex. de al. Qd̃ si pena infer
ni posset ifligi alicui insonti sine deroga
tiõe diuine bonitatis sustinẽtia illi⁹ eẽt ꝑ
eligẽda ꝑpetratiõi pc̃ti mortalis: ⁊ sic in
telligit dictũ Anselmi. Si ergo q̃rit vtꝝ
ꝯtritus de pctõ ꝑtenito: tenet magis vel
le se fuisse deiectũ in penaꝫ infernalẽ q̃ȝ
peccasse: põt dici ꝙ nullus positus ẽ in
necessitate illius electiõis. Si aũt posit⁹
eẽt q̄s in necessitate hui⁹ ꝑelectiõis cir
cũscripta inclusiõe reatus quã importat
sustinẽtia pene iferualis: ⁊ circunscripta
derogatiõe diuine bonitat̃: dꝫ ꝑeligere
se fuisse detrusum in iferniũ q̃ȝ deũ offẽ
disse q꞉ nullã penã puraꝫ tãtum refugit
charitas quã offẽdere vel offendisse de
um. Et ideo detestatio nõ solũ est futu
roꝝ maloꝝ vt dicũt q̄dam: sed etiã ꝑteri
toꝝ ⁊ eoꝝ q̃ fuerunt in potestate nr̃a lꝫ
modo non sint. Et sic pꝫ ista dubitatio
bene

bene declarata ſm doctorē irrefragabilem Alex. de ales. Et qd dicendū ſit in ſecunda parte huius ſmonis.

¶ Pars tertia hui⁹ ſmōis in q̄ determinat quātas pnīe ad salutē neceſſaria

Ertio in iſto ſmone pro euidēti determinatiōe quātitaꝫ pnīe ad ſalutem neceſſarie. Aduertēdū ſm theologos: ꝙ triplex eſt gradus pnīe. ſ. ſufficiēs: eminēs: ⁊ ſupabūdās. Primus qdem dr ſufficiens: q eſt vā diſplicentia rōnis: ⁊ iſta talis penitentia dr eſſe neceſſaria ad ſalutē. Cuius rō eſt: qꝛ ſicut habetur ex̄ de reg. iu. c. i. ⁊ eſt tex. Jo. chriſo. Omnis res per quaſcūqꝫ cāas naſcitur p eaſdem diſſoluitur. Simile habet. ff. de reg. iur. l. nihil. vbi dr. Nihil tam naturale eſt q̄ꝫ eo genere quodcūqꝫ diſſoluere: quo colligatū eſt. Si ergo pctm̄ hꝫ cōtrahi in aīa p cōſenſum rōnis ⁊ complacētiam voluntatis habeat etiam diſplicentiam rōnis ⁊ voluntatis. ⁊ hec eſt ſufficiens ⁊ neceſſaria pnīa: que ſm Alex. poſſet eſſe inſufficiens ⁊ nimis parua ſi. ſ. alicui diſpliceret ꝙ offendiſſꝫ deū p pctm̄: ⁊ illa diſplicentia nō excederet diſplicētiam amiſſionis rei tpalis. qđ pꝫ ex pdictis in prima. q. Nullū eſt. n. dubium qn illa diſplicētia inſufficiens eſſet ad hoc ꝙ eēt dolor pnīe: ſicut etiā amor poſſet eſſe ita remiſſus ꝙ nō ſufficeret ad rōnem charitatis. Et nota ſm Ric. vbi. ſ. q. viij. ⁊ Et Bonauē. vbi. ſ. ar. ij. q. ij. ꝙ hec diſplicentia nō pōt eſſe nimis magna: qꝛ hec diſplicentia directe cātur ex charitatiua dei dilectiōe: q̄ nimis intendi nō poteſt. Qđ ſi ꝯ hoc opponat: ꝙ dolor quantūcūqꝫ paruus ſufficit ad rōnem pnīe ⁊ p cōſequēs ad ſalutem tali rōne: amiſſio boni cum difficultate recuperādi illud eſt cā magni doloris: ergo p oppoſitum amiſſio boni cum facilitate recuperandi illud non eſt cā magni doloris: ſi enim iuſte deberet aliqs affligi: lꝫ incurriſſet dānum maximū: ſi illud faciliter recupari poſſꝫ: ſed illa que amittunt per gfam. ſ. deus ⁊ gratia ⁊ cōſequenter gloria de facili recupari poſſunt: qꝛ nō regritur niſi ꝙ ille q amiſit faciat qđ in ſe ē vt illa recuperet: ergo parua pnīa ſufficit. R. tribus modis. ¶ Primo nō ꝙ hec eſt falſa: deus ⁊ gfa de facili recuperari pnt: qꝛ nō eſt in hominis ptāte redire ad ſtatū gfe poſt pctm̄. Eſt eni ſpūs vadens ⁊ nō rediēs. Vn̄ peccare in iſta ſpe eſt ſtulta pſumptio: ⁊ maxie cum neſciat peccās q̄ morte pueniatur. ¶ Secundo qꝛ id qđ ſupponit eſt falſum. ſ. ꝙ exiſtens in peccato pōt facere qđ in ſe ē vt recuperet gratiam. Cuius rō eſt qꝛ facere qđ in ſe eſt: eſt ꝯſentire gratie pueniēti: hoc autē nō pōt peccator de ſe facere: cū gfa pueniens non ſit in ſua poteſtate. ¶ Tertio dico ꝙ nō pōt cōſtare alicui ꝙ fecit qđ in ſe eſt: qꝛ ⁊ ſi multū doleāt de multis peccatis ⁊ diu: adhuc neſcit ſi ſufficienter fecerit qđ in ſe ē. Cōclude ergo ſm Alex. ꝙ pnīa duo nominat. ſ. gfam ⁊ dolorem. Pnīa igitur ex parte gfe non poteſt eſſe nimis parua: ⁊ ſicut minima gfa gratū faciens: ⁊ minima charitas ſufficit ad quodlibet peccatum dolendum: ſic pnīa quantūcūqꝫ minima ex illa parte que eſt informata ex illa gfa gratum faciente ſufficit ad dolendum omne peccatum mortale quantūcūqꝫ magnum. Penitentia vero ex parte diſplicentie pōt eſſe nimis parua: vt ſi alicui peccatū diſpliceat non eo modo quo debet: puta ſi aliqs doleat de peccato nō ppter dei offenſam: ſed propter ſui penam ⁊ ſi modicum doleat in comparatione ad alios dolores. Secundus gradus penitentie dicitur eminens qui eſt paſſio affectionis in ſenſualitate reſultans: ⁊ hic eſt perfectionis non neceſſitatis: vbi ſciendum ꝙ cum dominus. Math. xxvi. dicat. Spiritus quidē pmptus eſt: caro autem infirma. Et apoſtolus ad Gal'. v. inferat. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Quanto ergo magis caro ſpiritui dominatur ſicut in hominibus carnalibus: ⁊ laſciuis tanto talis gradus difficilior eſt atqꝫ remiſſior. Idcirco omnes theologi concludūt ꝙ

dolor sensibilis ꝛ passibilis q non est in potestate nr̃a: nõ est necessarius ad contritionẽ vel pniãm: iste qdem necessitatis est de ꝓfectiõis. ¶ Ultimus gradus penitẽtie dr̃ exuberãs vel supeminens aut supabundans q ꝓuenit tam ex rõne q̃ ex sensualitatis affectiõe ꝛ passiõe: q doloris gradus in tantũ põt augmentari ꝙ oĩs pena plenarie ei remitteret: vt patebit infra. Quod est donuꝫ ꝑfecto maximũ paucis qdem ꝯcessum de isto dolore q̃runt doc. vtrũ possit esse nimis magnus: q2 de paruitate nõ est questio: cũ nõ sit necessari⁹. Et distinguit Ric. vbi s̃. ꝙ qñq3 talis dolor cãtur ex consideratiõe amissiõis cuiusdam honestatis seu glorie accidental' ꝑ pctm̃ sicut est dolor qñq3 in mulieribus ex hoc ꝙ amiserũt corporis sui itegritatẽ: ꝛ talis dolor posset esse nimis magn⁹. Qñq3 cãtur directe ꝑ quãdam redũdantiã ex displicẽtia volũtatis: q2 sibi displicet pctm̃ inquãtũ est legis diuine trãsgressio. Et sic dicũt qdam ꝙ talis dolor posset esse nimis magnus q2 pnia est ṽtus moralis: ꝛ actus ṽtutis moralis corrũpi põt ꝑ supabundãtiam ꝛ defectũ. Alijs videt' ꝙ hic dolor nõ posset esse nimis magn⁹: q2 non posset esse excessiuus in cã nec in effectu. Huius aũt doloris cã est displicentia supradicta ṽ qua ꝯcessum est ꝙ nõ põt esse nimis magna. Si igitur penitẽs ex vehemẽtissimo dei amore: tam vehemẽter doleret de suo peccato: ꝙ ex hoc cãretur in appetitu sensitiuo tam vehemẽs dolor ꝙ corrũperet armoniaꝫ corporis necessariã ad vitam nõ esset excessiu⁹ i genere moris nec ꝑfectioni pnie ꝓrogans sed cõcordãs nisi forte oĩs voluntas directe ex intẽtione fereret ad ꝓcurãdum talem passionẽ ad hoc ꝙ ipse moreret. Et sic credo ꝙ intelligant illi q' dicunt ꝙ in dolore q est in appetitu sensitiuo: põt esse excessus. Hec Ric. Hoc dolore fleuit Petr⁹ de quo dr̃ di. l. in. c. põderet. Beatus quoq3 Petrus amarissima olachrymas fudit quãdo deũ negasse penituit. Ad hunc dolorem hortatur Hiero. di. O lachryma humilis tua est potẽtia tuũ regnũ tribunal iudicis non vereris: amicoꝝ tuoꝝ accusationibus silentium imponis. Non est q te accedere vetet: si sola intras vacua nõ redibis: magis crucias diabolũ q̃ pena infernalis. Quid plura. Uincis inuictibilem: ligas oĩpotentẽ inclinas filium ṽginis. Hec ille. Ploremus ergo peccata nr̃a frẽs charissimi: vt sic aĩas nostras a maculis peccatoꝝ abluamus ꝛ ablutas i hoc mũdo diuinis gratiis impleamus: qbus ad gaudia eterna ꝓuenire mereamur vbi dominus noster Jesus xp̃s q pro nobis in cruce fleuit ꝛc. ꝛc.

¶ Feria tertia post scd̃am dñicaꝫ de aduentu: De quantitate pnie cõtinua: siue extensiua. Sermo. x.

Uecunq3 scripta sunt ad no. doc. scrip. sunt. Jtem vbi. s̃. Determinauimus frẽs charissimi in sermone ꝑcedenti ex scripturis sacris veras sñias elucidando quãta debeat esse pnia in intẽtione sua ad hoc ꝙ delere possit cõmissa. In ꝑsenti ṽo sermone ex ꝯsequẽti ordine tractãdum est de quãtitate pnie in sua extẽsiõe ꝛ continuatione. ꝛ hoc idẽ a scripturis diuinis eliciẽdo: q2 vt dicit thema assũptũ. Quecũq3 scripta sũt ꝛc. De quãtitate ergo penitẽtie ꝯtinua siue extẽsiua tractãdo quãto. s. tpe debeat durare ad hoc ꝙ possit pctã de aĩa delere tria sm̃ more nr̃o annotabimus: quoꝝ. Primũ dr̃ euidens dubitatio. Secũdum correlaria cõclusio. Tertiũ inutilis dilatio.

¶ Pars ꝑma hui⁹ ṽmonis in qua ponitur euidens dubitatio vtrum vꝫ pnia debeat esse continua.

P Rimo igitur in ista parte mouetur vnũ dubiũꝫ. Si pnia dꝫ esse cõtinua. Uidet. n. ꝙ sic: ꝑmo ꝑ auctoritatẽ

auctoritate Aug. in li. de pnia di. Quedã est pnia cuius actio p totã istam vitam q̃ in carne mortali degimus ppetua supplicationis subeũda est humilitate. Preterea de pe. di. iiij. §. i. dr de peccatore. Semper doleat & de dolore gaudeat. Item pbatur idẽ rõne sic: Ubi culpa est infinita pnia dz esse infinita: sed culpa vel offensa in deũ est infinita. ergo ad cõdignam emẽdationẽ reqritur pnia infinita: ergo saltem pnia dz esse ꝯtinua saltẽ p totum tps huius vite: ergo &c. Preterea penitẽs nũq̃ põt esse certius de culpa sibi remissa. Juxta illud Ecclesiasti. x. Nemo scit vtrũ dignus sit odio vel amore: ergo sp dz agere pniam p quã remittit culpa si forte nõ esset remissa. ¶ Sed ꝯ opponitur sic: Hieremi. xxxi. dr penitẽtibus. Quiescat vox tua a plorait & ocli tui a lachrymis qm̃ est merces opi tuo sz hoc nõ posset esse si pnia cõtinuaret: q̃ consistit in plorait & lachrymis: ergo pnia nõ dz esse cõtinua. Preterea post repatõem sanitatis: nõ dz homo vti medicina curatiua sed sanitatis ꝯseruatiua. Sed pnia est medicina curatiua: ergo nõ tenet homo penitere d̃ pctõ post remissionem illius. Cũ igitur pctã remittant p displicẽtiam volũtatis: pz q pnia nõ dz esse ꝯtinua. Item vera pnia reddit hoiem inocẽtem: sed inocẽs penitere nõ tenet: ergo homo post remissionẽ peccatorum d̃ illis penitere non tenet: ergo &c. ¶ Ad hanc qõnem rñdent plures theologi. s. btũs Tho. in tertia pte. q. lxxxiiij. ar. ix. Et Ric. in iiij. di. xiiij. ar. ix. q. i. Et Pe. de tarã. in. iiij. di. xiiij. ar. vi. q. ij. dicentes q duplex est pnia. s. interior & exterior. Pnia aũt exterior ꝯsistit i ieiunio: orone & elemosyna: & hanc nõ oportet esse cõtinuã qz fm statũ vite psentis ect impossibile cũ sit necessariũ homini circa multa alia intẽdere. Pnia aũt iterior cõsistit i ꝯtritiõe cordis & hoc tribus modis põt ꝯsiderari. s. vel fm actũ: vel fm ppositũ: vel fm tps certũ & determinatũ. ¶ Primo igitur accipiẽdo pniam pro dolore cordis fm actũ: dico q penitẽs nõ tenet semp dolere. Qd sic pbo. Cõfessio & satisfactio sunt ptes pnie sicut cõtritio: sed nõ dz semp cõfiteri & satisfacere: ergo nec semp cõteri. ¶ Scdo mõ accipiẽdo pniam p dolore cordis fm ppositũ, dico q pnia dz esse ppetua. quod pbo sic. Sicut se hz vera inocentia & pseuerãs ad pctm̃ de futuro: ita pnia ꝯ peccatum de pterito: sed pnia pseuerans sp refugit peccatũ ne fiat: ergo etiam pnia semp detestatur pctm̃ factũ & semp dolet de ipo. Preterea, sicut culpa est velle peccare: ita pnia est nolle peccasse: sz homo tenet semp nolle peccare: ergo tenetur ẽt semp nolle peccasse: qd semper intelligas in habitu & in pposito. Item hoc idẽ pbat auctoritate Augu. in li. de pe. sic di. Ubi dolor finit deficit & pnia. Si vero deficit pnia: qd ergo relinquitur de venia. q. d. nihil. Ad hoc facit, dicitz Hugo. ij. li. de sacris. parte. xiiij. c. ij. Cũ vicis necesse habes semp penitere: satisfacere potes: nimis facere nõ potes: melius est vt plus facias q̃z minus. Simili modo intelligende sunt due auctoritates ad primã ptem allegate. Preterea hoc idẽ pbatur silitudine Grego. di. Anchora mentis est põdus timoris: sz mens sicut nauis nũq̃z dz esse sine anchora: & ita nunq̃z sine dolore & timore. ¶ Tertio mõ accipiẽdo pniaz p dolore cordis fm tps determinatũ & certũ: tũc dico q penitẽs nõ tenet semp penitere: sed ad semp. i. p loco & tpe: & sic hz continuã mãm doloris qtuor respectibus. Prio rõe recordatiõis criminis: qz quãdocũq̃z ẽ memor pctõrũ q̃ fecit tenetur penitere & dolere de eis. Et hoc est verum fm Ric. vbi. s. qñ ex pctõ suo ex deliberatiõe recogitat: tũc. n. illud detestari tenet. Non enim fideliter seruat reparatum fedus diuine amicitie: cui actu nõ displicet quãdo ꝯsiderat illud qd inter ipsz & deum causa fuit inimicitie. Scdo rõe amissiõis tpis: qz qñ cũq̃z recordatur d̃ tpe amisso dolere tenet. Tertio rõne expoliatiõis gratiarum & vulnerationis naturalium. Quãdo enim recolit bona mẽtis

ꝛ corporis q̄ ex pctō amisit ꝛ mala q̄ in
currit: materiā hꝫ doloris. Quarto rōe
dānatiōis: qꝛ qn̄ recordat̄ in q̄ dānatiōe
fuit ꝑ pctīs: ꝛ i q̄ iustificatiōe fuisset si n̄
peccasset dolere tenet̄. Un̄ si Adā ꝑ mil
le milia annoꝝ vixisset nūꝗ̄ tātū iustifi
catus fuisset ꝙ redisset ad statum i quo
erat an̄ pctm̄. Et sic patet q̄liter pnīa dꝫ
eē ꝯtinua ꝛ q̄lr nō. ¶ Dicas ergo ad au
ctoritates ad p̄mā ptē adducias: ꝙ hn̄t
itelligi de pnīa ꝓ ꝓposituꝫ: ꝛ sic verū di
cūt ad p̄mū argumētū ad p̄mā ptē di-
cas ꝙ sicut culpa nō est infinita dura-
tione sed reatu: sic pnīa nō dꝫ esse actu
infinita duratione: sꝫ virtute meriti chri
sti ꝛ diuine misericordie penitētiā acce-
ptātis. Ad aliud dicas ꝙ nō exigit̄ certi
tudo sciētia: sed sufficit certitudo ꝓbabi-
lis cōiecture: qn̄ fecit homo ꝓbabiliter
qd̄ erat ex pte sua. s. dolēdo. cōfitendo ꝛ
satisfaciendo: ac cauēdo: ꝓpter qd̄ pnīa
in actu nō dꝫ esse cōtinua: sꝫ solū ꝓm ꝓ-
positū. Ad argumēta ad aliā ptē dicas:
ꝙ veꝝ cōcludūt ꝙ pnīa nō debet eē cō
tinua capiēdo pnīam ꝓ dolore cordis
ꝓm actū. Et sic patet quid dicēdū i p̄ma
pte huius sermonis.

¶ Pars secūda hui⁹ sermonis i q̄ ad
ducit̄ ex p̄dictis correlaria quedā ꝯclusio

Secūdo in isto sermone ponen-
da est vna ꝯclusio ꝯsequēs ex p̄
cedētib⁹ ꝙ frequēter recordari
de peccatis est vtile: ꝛ de ipsis dolere est
multū vtile ꝛ fructuosum: q̄ ꝓm Alexā.
sic declarat̄. Si dolere de pctīs cōmis-
sis est bonum: ergo frequēti⁹ dolere est
magis bonū: ꝛ semꝑ dolere adhuc ma
gis. ¶ Cōfirmat̄ ista rō sic: Dolere de
pctīs suis bt̄m reddit penitētem. s. in via
iuxta illud Math. v. Bti q̄ lugēt. vbi gl.
ait Luc⁹ ꝓ pctō vel ꝓ desiderio celesti
consolatione meret̄. ergo ex frequētiori
dolore maior ꝯsolatio acqrit̄: ergo ꝯclu
sio vera. ¶ Qd̄ si ꝯ̄dicat̄ ꝑ illud Pau.
ad phil. iiij. Gaudete in dn̄o semꝑ iterū
dico gaudete. ergo si expedit continue
gaudere: ipossibile est simul ꝛ dolere.
¶ Ad hoc dicēdū est ꝙ gaudiū seculi.
i. mūdi ipedit dolorē ꝯtritiōis: qꝛ quāto
plus diligūt mūdū: tāto min⁹ de pctō cō
misso dolet: sꝫ gaudiū dei facit dolorem
ꝯtritiōis. qd̄ pꝫ: qꝛ quāto plus gaudet d̄
deo: tāto magis dolet ꝛ ꝯterit̄ d̄ pctō cō
misso: qꝛ gaudiū qd̄ est de deo hꝫ ꝓ mā
ipsū dolorē ꝓ pctō ꝯmisso. Patet ergo
ꝙ apostol⁹ nō intēdit excludere tristitiā
de pctō: sꝫ tristitiā seculi. Et sic hꝫ itelli-
gi illud Eccle. xxx. Tristitiā lōge expelle
a te. Et post subdit̄ multos occidit tristi-
tia. Et illud Eccle. xxxviij. A tristitia fe-
stinat mors. Et sic patet conclusio hu-
ius particule.

¶ Pars tertia hui⁹ sermōis i qua de-
clarat̄ ꝙ post hāc vitā nulla pōt eē pnīa.

Tertio in isto sermone tractādū
est ꝙ post hāc vitā nullo mo-
do pōt esse pnīa. Et iō frustra
laborāt q̄ post mortē credūt se posse ve-
rā pnīaꝫ pagere: ꝛ oīo decipiūt̄. Que cō
clusio declarat̄ sic ꝓm Tho. vbi. s̄. ar. iiij
q. iij. Et Alex. de al. vbi. s̄. sub ti. iiij. Utrꝫ
aīe ꝯterant̄ i purgatorio: i argumētis cō
tra di. In ꝯtritiōe sūt tria. s. essentia: for-
ma ꝛ efficacia. ¶ Primo in ꝯtritione
est essentia. s. dolor d̄ pctīs. ꝛ sic aīe q̄ sūt
post hāc vitā i patria pnīaꝫ habere non
pn̄t: qꝛ dolore carēt, ꝓpter plenitudineꝫ
gaudij di. christo Jo. xvi. Gaudiuꝫ ve-
strū plenū sit. ¶ Scd̄o i pnīa ē forma.
s. grā̄ informās dolorē: ꝛ sic aīe q̄ sūt i in-
ferno carēt pnīa: qꝛ ꝛ si dolorē habēt ꝓ
pctīs suis, ꝓpter penas q̄s sustinēt: defi
cit tn̄ in eis grā dolorē iformans: ꝛ ideo
pnīam q̄ est dolor gratia informatus ha
bere nō pn̄t. ¶ Tertio in pnīa est effica
cia ꝛ dolor meritori⁹ ꝛ satisfactori⁹. Et iō
aīe que sunt in purgatorio quāuis habe
ant de suis peccatis dolorē grā informa
tum: nō tn̄ habent dolorē meritoriū: eo
ꝙ nō sūt in statu merendi sed soluendi:
igit̄ penitētiam habere nō pn̄t. Nam si
esset ibi status merendi: possent tātū cō
teri aīe in purgatorio: ꝛ tāta possꝫ esse cō
tritio eaꝝ ꝙ sufficeret nō solū ad delec
tionē culpe: sed etiam pene. Et sic pur-
garent̄ a pena ignis: qd̄ videt̄ esse incō-
uenienꝭ ꝛ

penitens: cum status ille nō sit status merendi sed soluēdi penā fm merita in carne. in hac igit vita p̄dicta tria īueniri possunt: & ideo solū tps p̄sens est tēp⁹ pnie Vñ Aug. in li. d̄ pnia ait: Studeat q̄sq3 sic delicta sua corrigere: vt post mortem nō oporteat penā tolerare. Et de pe. di. vij. c. tps. dr. Tempus pnie est vsq3 in vltimū articulum vite. Agamus ergo penitētiam dum tēpus habemus: vt ad illam gloriā puenire mereamur: vbi pnie nō erit opus: sed tm̄ exultationis temp⁹ in secula seculoꝝ Amen.

¶ Feria q̄rta post scd̄am dn̄icam de aduentu dn̄i: itē de quātitate pnie.

Sermo. xi.

Quecunq3 scripta sūt ad n̄ram doctri. scrip. sunt. itē vbi s̄. Nō solū frēs charissimi fm doctrinā sacrarū scripturaꝝ docuim⁹ q̄ta debeat eē pnia in sua extēsiōe & ɔtinuatiōe. s3 etiā q̄m post hāc vitā nō sit locus pnie: s3 ēt restat vt instruamus quātitatē pnie in suā discreta numeratiōe si. s. sit numer⁹ determinatus releuatiōis pnie: vel indeterminat⁹. Et hoc idē ad maiorē fidem exhibendā: ne icredibile videat q̄ quotiēscūq3 peccauerit hō: toties possit per penitētiā renouari: ex ipsismet scripturis sacris doceam⁹: q2 vt dicūt v̄ba passum pta. Quecūq3 scripta sunt &c. De q̄ntitate igitur pnie tractando: more solito tres ɔsiderationes faciemus: quaꝝ Prima dr̄ singularis ɔclusio. Secunda dicetur numeri indeterminatio. Tertia dicetur oppositionis responsio.

¶ Prima ps huī⁹ s̄monis in q̄ declarat q̄ ɔtingit pniam reiterare sicut contingit a vera pnia cadere.

Primo igit in isto s̄mone fundatur ista cōclusio fm Alex. d̄ al. vbi. s̄. Nō sicut ɔtingit peccatorē a v̄a pnia cadere: ita ɔtingit pniam iterare. Que ɔclusio h3 duas ptes: q̄rū p̄ma est q̄ ɔtingit peccatorē a v̄a pnia cadere: q̄ sic declaratur. Veritas pnie dupliciter accipitur: sicut etiā cuiuslibet virtutis. Uno mō dr̄ virtus vera que habet veꝝ v̄tutis opus vel nata est habere quātum de se: & hec veritas est de essentia v̄tutis. Alio mō dicitur virtus vera que pducit in finem: & hec veritas nō est essētialis virtutis: sed dicit v̄tutis statum siue ɔtinuationē: & fm hoc dicēdū: q̄ si p̄mo modo dicat pnia vera que verum virtutis habet actū sic de veritate pnie est detestari malū cōmissum & pro alio tēpore nullū cōmittere. Si aūt dicat vera q2 pducit in finē: vt ipsa que est finalis & cōtinuata: ab hac nō cōtingit cadere: sed hāc ñ ē dicere hominē habere nisi finaliter pseuerēt. Sed p̄mo mō accipiēdo pniam dico q̄ ab ipsa ɔtingit peccatorē cadere. Cui⁹ rō est: q2 pnia h3 eē in libero arbitrio nōdum ɔfirmato: sed tale est v̄tibile: ergo pōt cadere a statu grē iustitie: ergo & pnie patet hoc p exēplū Dauid q. de pctō moꝝ vrie penitēs cuius etiā pniaz dn̄s acceptauit. ij. Reg. xij. & tñ cecidit ab ista pnia peccādo postea i numerādo pplm. ij. Reg. penulti. patet p auctoritatē Jo. v. vbi dixit dn̄s paralytico: Noli ampli⁹ peccare. &c. S3 ñ fuisset cōminat⁹ malū nisi posset cadere: ergo. &c. ¶ Scd̄a ps ɔclusiōis est: q̄ similiter ɔtingit pniam iterare in hac vita: s3 post hāc vitā nō pōt. Et rō q̄re penitētia possit iterari p3 sic. Esto q̄ aliq̄s diu fuit i pnia pp aliqd̄ pctm̄ postea lapsus ē in culpā: s3 cōstat q̄ peioris esset ɔditiōis: si nō egisset pniaz. S3 si p̄clusa eēt sibi via resurgēdi p pniam deterioris esset ɔditiōis q̄3 si nō fecisset pniam. S3 cōstat q̄ hoc nō est veꝝ: ergo nō ē p̄clusa tali via ista. Patet hoc p auctoritatē Ezechie. xviij. vbi dr̄. Si ipi⁹ egerit pniam ab oib⁹ pctis suis: oium iniq̄tatū ei⁹ q̄s opatus ē nō recordabor. Sed nō distiguit pctōrē q recidiuauit: ab eo q nō recidiuauit imo simplr̄ loqt: ergo veꝝ ē de eo q recidiuauit: q2 termin⁹ in ɔditiōali in auctoritate posit⁹ tenet vni-

uersalr: ergo. ꝛc. ¶ Qđ si ꝯ hoc̃ oppo/
neret: q̃ꝛ baptisma nō iterat᷑: ergo pari
rōne nec pn̄ia. R̃ndet Alexan. de al. ꝛ
Bo. in. iiij. di. xiiij. ꝛ beat᷒ Tho. ibidē: ꝙ
pn̄ia pōt iterari ꝛ baptism᷒ nō: ꝑꝑ tria.
Pꝛīo q̃ꝛ i baptismo imꝑmit᷑ character
q̄ est ī delebilis: in pn̄ia aūt non. Scđo
q̃ꝛ baptism᷒ est ꝯ morbū nō iterabilem
q̄lis est morb᷒ pcī originalis: sed pn̄ia ē
ꝯ morbū iterabilē q̄lis est morb᷒ pcī ac
tualis. Tertio q̃ꝛ baptismus h̄ꝫ totā vim
a passiōe: pn̄ia aūt nō: sed ab actu nr̄e
volūtatis. ꝛ iō baptism᷒ nō iterat᷑: sic̄ nec
passio xp̄i: pn̄ia aūt iterat᷑ ſm ꝙ volūtas
nr̄a cōuertit᷑ ꝛ reuertit᷑. Inde est ꝙ i ba
ptismo oīs pena remittit᷑: in pn̄ia v̄o nō.
Et sic patet q̄d dicēdū de pma parte hu
ius sermonis.

¶ Pars scđa hui᷒ ſmonis in qua de/
clarat᷑ ꝙ peccatoꝛ quotiēs vult h̄ꝫ ad pe
nitentiam reuerti habilitatem.

Ecūdo in isto ſmone cū dictū
S sit supi᷒ ꝙ ꝯtingit pctōꝛē pn̄iaꝫ
iterare: in isto ſmone determina
tur ſm sacros theologos. s. Alex. vbi s.
Ric. in. iiij. di. xiiij. ar. ix. q. ij. ꝛ Bona. ea
dē di. pte. ij. ar. i. q. ij. Et btūs Tho. in. iij.
pte. q. lxxxiiij. ar. x. Et in. iiij. sen. di. xiiij.
ar. iiij. q. iii. Qđ quotienscūq̄ꝫ pctōꝛ vult
ꝯuerti ꝑ pn̄iaꝫ totiēs h̄ꝫ habilitatē: nec ē
aliq̄s numer᷒ determinat᷒. Et hoc ꝓba
tur tripl̄r. s. rōne: auctoritate: ꝛ exēplo.
¶ Pꝛīo ꝓbat᷑ rōne sic: Quādiu hō est
ī hac vita: v̄tibilio ē ad bonū ꝛ ad ma/
lū ꝑ liberi arbitrij facultatē: q̄ꝫ diu igit᷑
hō viuit: pōt facere ꝙ in se ē: vt sibi det᷑
a deo v̄a pn̄ia s̄ꝫ oī facīēti q̄đ in se ē de᷒
dat pn̄iaꝫ verā. Alias. n. nō pulsaret ho/
minē: vt se ꝑpararet. Iuxta illud Apoc.
viij. Ego sto ad hostiū ꝛ pulso: sed vera
pn̄ia nūq̄ꝫ caret remissiōe peccatoꝝ q̄đ
ꝓbat᷑ de pe. di. iij. §. iter q̄đ frequēter. vbi
dr̄. Cōstat ei nullū ꝫ pcīm displicere: q
ꝑ ꝑsto ē ea destruere. S̄ꝫ si v̄a pn̄ia ali
q̄ū careret pcī remissiōe: de᷒ nō eēt ꝑ
ꝑsto pcīā destruere: ergo. ꝛc. Pꝛeterea
maioꝛē mīaꝫ exhibet de᷒ q̄ꝫ hoī ꝑcipiat
q̃ꝛ magna est misericordia eius ſm ma/
gnitudinem eius. Iuxta illud Eccle. ij.
Scđm magnitudinem eius sic ꝛ miseri
cordia ipsius cū ipso est. Sed ꝑcipit hoī
q̄si infinities remittere Math. xviij. di.
Dico tibi vsq̄ꝫ septuagies septies: vbi ſꝫ
Hiero. ꝛ Nico. de lira ponit᷑ numerus
finit᷒ ꝓ ifinito: ergo cū misericordia dī
sit infinita remittit᷑ infinities. Pꝛeterea
dn̄s iesus sup ceteros hoīes est ſm natu
raꝫ misericors est: q̃ꝛ filius est pr̄is mi/
sericordiaꝝ: d̄ quo dr̄ ad Coꝛ. i. Bn̄dict᷒
de᷒ ꝛ pater dn̄i nr̄i iesu xp̄i. Ubi no.
ꝙ dicit misericordiaꝝ in plurali: q̃ꝛ non
tm̄ remittit in pma pn̄ia ꝛ secūda: s̄ꝫ in
tertia: ꝛ deīceps ergo. ꝛc. ¶ Scđo hoc
idē ꝓbat᷑ auctoritate sic Aug. in pmo li.
retractationū. c. xviij. sic ait: De quocūq̄ꝫ
pessimo i hac vita ꝯstituto nō est despe/
rādum. tūc sic. Si ꝑ pn̄iam non pōt hō
resurgere q̄tienscūq̄ꝫ vellet: de peccante
mortalr̄ post pn̄iam esset desperādū: er
go ꝑ pn̄iam pōt peccatoꝛ resurgere plus
q̄ꝫ semel: imo q̄tienscūq̄ꝫ penituerit. Itē
Aug. in li. de v̄bis dn̄i sic ait: Coꝛ impe
nitens q̄ꝫ diu in hac carne viuit iudicari
nō pōt de nullo. n. desperādū est q̄ꝫ diu
patiētia dei ad pn̄iam illū adducit: ergo
ꝛc. Et Ezech. xxxiij. dr̄: Impietas impij
non nocebit ei: in quacūq̄ꝫ die ꝯuersus
fuerit ab impietate sua: vt dicit Alex. ꝙ
hic ostēditur. Qđ quotienscūq̄ꝫ penitens
penitet totiens reperit indulgentiam.
¶ Tertio idem ꝓbat᷑ exemplo q̃ꝛ sicut
quātūcūq̄ꝫ homo deo seruierit si cadit ī
pctō de᷒ obliuiscitur bonoꝝ: sic a simili
quotienscūq̄ꝫ penitet de malo remittit᷑
malū ꝛ eius obliuiscit᷑. Item exemplum
habet᷑ de infirmātibus in hac vita: quos
sepe recidiuantes in ifirmitate videmus
liberari: ad denotādū multo magis libe
rari aīam recidiuātē in pctō. Unī Aug.
in li. de pn̄ia ait: Uidemus quotidie i ec
clesia sepe febricitātes: sepe lāguidos: se
pe passiōibus captos sepe liberari vt ap
pareat totiēs opus liberātis vel miserān
tis quotiēs ꝯfessio fit penitētis. Quomō
enī corpus q̄đ vilius est ꝛ ab ipso dissimi
lius sepe sanaret ꝛ aīam digniorē ꝛ recrē
plaīū,

piā nō toties liberaret. Medicū se vo-cat ⁊ nō sanis sed male habētib⁹ oppor-tunū. Sed q̄lis esset medicus q malū iteratū nesciret curare: Medicor enim ē cēties infirmū cēties curare. Hec ille. ⁊ sic patet rōnib⁹ auctoritatibus ⁊ exēplis verā esse istā cōclusionē. Qd quotiens-cūq̃ peccator ad deū p pniam accurrit totiens peccatoꝝ sordes abstergūtur.

¶ Pars tertia huius s̄mōis in qua po-nūtur ac soluūtur quedam dubia.

Tertio in isto s̄mone ad maiorē declaratōem p̄dictoꝝ circa p̄dicta ponēda sunt aliq̄ dubiola ⁊ dīo soluēda. ¶ Priō.n. opponitur per Hiero.di.in plogo Amos pphe sup il-lud qd habet.c.i. Sup trib⁹ scelerib⁹ ⁊ sup q̄rtū nō cōuertā eū di.iij. peccatorū īdulgētiā deū dare posse significat quez q̄rto eadē petā admittētibus nec īdulgē-tiā nec pniam datuꝝ enūciat. Hec ille. In qb⁹ v̄bis ostendit q̄ sic determinat vsq̃ ad quot vices peccāti debeat īdulge-ri. R̄ndet s̄m Alex.vbi.s.ad hoc dictū dupl̄r. Primo q: dici pōt q̄ q̄rtum pec-cati sit impnia finalis: ⁊ sic itelligēdū ē illud dictū Hiero. Vñ alia glo. sup illud idē ait: Primū pctī est mala cogitare. Secūdū ↄsentire. Tertiū opari. Quar-tum finaliter nō penitere. Qui in tribus p̄oribus peccat: si penitet cōuertit ad eū deus vultū clemētie sue: si v̄o nō peni-tet auertitur ab eo vultus clemētie sue. ¶ Scd̄o pōt dici q̄ loqtur ibi de con-uersione quātū ad reuocationem pene tpalis quātū enim ad istā nō semp inue-nit locū pnie eo q̄ nō expedit: vel ipsis q̄s penitet: vel ēt alijs q exēplo eoꝝ corri-gūtur. Vñ post v̄ba illa Hiero. in plo-go seqtur. Nā p ignis similitudinē quē i p̄dictas gentes imittendū p̄dixit gra-uē atq̃ irreuocabilē irā di ad euersionē earūdē ciuitatū ꝑcessurā voluit dēmōstra-re. Itē si opponat p illud dictū Isido. in sinonomis qd habet d pe.di.iij.§.i. Ina-nis est pnia: quā sequēs culpa coinqnat. ¶ R̄ndet s̄m Ric. q̄ pnia quā sequēs culpa coinqnat inanis nō dicit: q: non fuerit vera: si est sufficiēter facta. sed dr inanis q: īsufficiēs ad vitā eternā obti-nēdā: vel carens fructu illius pnie: quā nō seqtur culpa: cuius fructus est vita-tio gehēne ⁊ adeptio glorie. Et sic expo-nit glo. ibidē. Preterea si opponat p il-lam regulā Greg. q̄ habet di.xxviij.c. q: iūt di.xlv.c.s illud di.l. de lapsis. di.xciij. c. puenit ad nos.i.q.vlti.c. exigūt. xxi.q. ij.c. placuit. xxiij.q.iij.§. est iniusta. xxxv. q.ix.c. loci. de vita ⁊ ho.cle.c. vt clerico-rū mores.§. ne v̄o. vbi dr. Ne v̄o facili-tas venie icētiuū tribuat delinquēdi: sic arguēdo. De⁹ nō dz dare alicui occasio-nē peccādi: s facilitas venie icētiuū tri-buit delinquēdi vt dictū ē: ergo nō dz da-ri lnia iterādi pniam. ¶ R̄ndet ad hoc duob⁹ modis. ¶ Priō s̄m Alex. de al. q̄ lz ex hoc qdam sumāt occasionē pec-cādi tñ remittit penitentib⁹ quotienscū-q̃ penitēt: ne ecōuerso sumerēt occasio-nē desperandi qd grauī⁹ esset. ¶ Scd̄o mō r̄ndet s̄m Alex. ⁊ meli⁹. q̄ facilitas venie quātū ad remissionē pene satisfa-ctorie icētiuū tribuit deliquēdi. Sz sic petōr ñ ↄseqt facil'r veniā: q: de lege cōi deus sp exigit p petō penā satisfactoriā. Sz facilitas venie quātū ad remissionē culpe icētiuū nō tribuit delinquēdi: sed magis pctī cauēdi ex dei amore ⁊ cōsi-deratiōe diuie clemētie. Caueam⁹ ergo a pctis frēs charissimi. Et si i pctū inci-derim⁹: p⁹ verā pniaz nō in ipsis psista-mus: s p eādē pniaz cito resurgam⁹ q: semp de⁹ misericors est: q: misericordia ei⁹ a pgenie i pgēies timētib⁹ eū.i. pniaz agētib⁹ ⁊ manet i secula scłoꝝ. Amē.

¶ Feria qnta post scd̄am dñicā de ad-uētu: qm̄o deus mutat s̄niam iam factaz ppter pniam. Sermo.xij.

Necunq̃ scripta sunt: ad nr̄am doctrinam scripta sunt iterum vbi supra: In superioribus fratres ca-rissimi p tres p̄ceden-

tes sermones sufficienter tractadū est s quātitate penitētie sm oēs suas ptes quā vitale.i.intensiua extensiua z discreta. In calce vero precedentis smonis descripsimus: q̄ n̄o p penitētiā deus semp petit culpā z si nō penā. Ex quo videt q̄ de p pniam nostrā mutet qz sententiā pene eterne mutat in sententiā pene tpalis Vñ bene dicit Aug. de pe. di. iij. c. nouit Nouit deus mutare sententiā: si tn nouerio mutare delictū. Idcirco in presenti sermone: q̄liter deus qui oino dicitur imutabilis p pniam nostrā mutet: declarare: z dilucidare cōabimur: adducēdo ad hoc fūdamenta scripture sacre: q̄ vt dicit thema nostrū: quecūq3 scripta sūt zc. De mutatione igit diuine sententie p penitētiā facte tres cōsiderationes ānotabimus. quarum.

Prima dicet fūdata scripture cōclusio
Secūda dicet lucida scripture d̄claratio
Tertia dicet apta scripture exēplificatio

¶ Prima ps hui9 sermonis in qua declarat deū eē etiam in se z in sua voluntate immutabilem.

Primo igit in isto sermōe adducunt scripture sacre q̄ ostēdūt deum in se z i volūtate sua eē immutabilez. Ait eni ipse Moyses Nume. xxiij. Nō est deus qn asi hō vt mētiat: neq3 vt fili9 hominis vt mutet. Itē ait ipse deus Malach. iij. Ego deus z nō mutabor. Que confirmat Iaco. apls. Primo. c. sue canonice di. Omne datū optimū: z omne donū perfectū de sursum ē descendens a patre luminū: apud quē nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obumbratio Vñ z Boeti9 inqt de deo. Immobilisq3 manens dat cuncta moueri. Que etiam ɔfirmat Aug. in li. de natura boni di. Solus deus imutabilis ē. Et in libro de quātitate aīe ingt. Dico deuz oium rerū que sunt creatorem: ex q̄ oia p quē oia in q̄ oia. i. incōmutabile eternitate: incōmutabilē veritatē vnū deum verū deū atq3 pfectū. Ex qb9 oibus elicunt due ɔclusiones: quarū prima est: q̄ deus in se est imutabilis: que pbat sm Tho. in pma pte q. ix. ar. i. Primo sic Quia sm oēs theologos z etiā Aristo. in. x. methaphi. z. viij. phisico z. Est deuenire ad aliqd pmū imobile qd sit cā altorū motuū: qz nihil mouet a seipso: z nō est pcessus in infinitū: qz vt. Tertio phisico z. Et ē deuenire ad aliqd ens pmū qd deū dicim9: z hmōi primū ens oportet eē purū actū absq3 pmixtiōe alicui9 potētie: eo q̄ potētia simpliciter ē posterior actu. Oē aūt qd mutat quocūq3 mō mutet: ē aliq mō in potētia. Ex quo p3 q̄ īpossibile est deū aliquo mō mutari. ¶ Scdo qz omne q̄ mouetur quātum ad aliquid manet z q̄tum ad aliqd trāsit: sicut q̄ mouet de albedine in nigredinē: manet sm substātiā. Et sic in oē eo qd mouet attēdit aliqua ɔpositio Ostēsum est aūt supra q̄ i deo nulla est cōpositio. s. in pma pte. q. iij. ar. vij. 3 de9 est oio simplex Vñ manifestū ē q̄ deus moueri nō pōt. ¶ Tertio. qz oē q̄ mouet suo motu aliqd acgrit z ptigit ad aliqd ad qd prius nō ptingebat: deus aūt cū sit infinitus cōprehēdens in se oēm plenitudinē pfectionis toti9 esse nō pōt aliqd acquirere nec extendere se ad aliqd ad qd prius nō ptingebat. Vñ nullo mō sibi cōpetit mot9. Et inde est q̄ qdā antiquorū quasi ab ipsa veritate coacti posuerūt pmū principiū esse imobile. ¶ Scda ɔclusio in hac pte est q̄ etiam volūtas dei est imutabilis: q̄ pbat sic p3 Tho. in pma pte. q. xix. ar. vij. q̄ i. con siderandū est: q̄ aliud est mutare volūtatē: aliud est velle aliquarū rez mutatio nē pōt eni aliqs eadē volūtate imobiliter pmanente velle q̄ nūc fiat hoc z postea fiat ɔriū: sed tūc volūtas mutaret si aliqd inciperet velle qd prius noluit: vel desineret velle qd prius voluit qd qdē accidere nō pōt nisi psupposita mutatiōe ex pte cognitionis: vl ɔ dispositionē ipsius substātie volētis. Cū eni voluntas sit boni aligs de nouo dici pōt scipe aliqd velle. Vno mō si incipiat de nouo sibi illud esse bonū qd, nō est absq3 mutatione ei9: sicut adueniēte frigore: icipiat bonū esse

nū esse ad ignē sedere: qđ prius nō erat. Alio modo si de nouo cognoscit illud esse sibi bonū eum prius hoc ignorasset, ad hoc aūt vt sciam⁹ quid nobis sit bonum oportet mutari de ignorātia in sciētiam. dictū est aūt in prima conclusione. ꝙ tā substantia dei ꝙ̄ eius sciētia est oīo īmutabilis: vnde oportet volūtatē eius īmutabilē esse. sic patet prima pars hui⁹ sermōis. s. fundamēta scripture ꝯclusio. ¶ Paro secunda huius sermōis in q̄ declarant quedā scripture q̄ ṗdictis vidētur esse contrarie.

Secundo in isto sermone declarant q̄dā scriptur̄ q̄ vident ṗdictis in prima parte esse ꝯtrarie. ¶ Primo enim dicit̄ Hiere. xviij. in ꝑsona dei Repente loquar aduersus gentes: ⁊ aduersus regnū: vt eradicem ⁊ destruam ⁊ disperdam illud. Sed si penitentiam egerit gens ista: agam ⁊ ego penitentiā super malum qđ locutus fueram vt facerē eis. Huius simile habet. Ezechiel. xxxiij. vbi dicitur Si dixero impio morte morieris. ⁊ egerit penitentiaȝ a peccato suo: feceritqȝ iuditium ⁊ iustitiam pignus restituerit ille impi⁹: rapināqȝ reddiderit: ī mādatiō vite ambulauerit: nec fecerit quicꝙ̄ iniustū. vita viuet ⁊ non morietur omnia peccata ei⁹ que peccauit nō imputabūt ei. hec ibi. ¶ Ad hoc respondet ꝭm Alex. in. iiij. in tractatu ꝺ oratione: qꝛ mutata cōditiōe dicit̄ ⁊ ipse mutari: ꝫ nō mutat sniaȝ quā dedit simplicit ⁊ absolute sine ꝯdiciōe Determinauit eni de⁹ ꝙ terra ꝑducat granū. s. cuȝ ꝯditiōe tacita: si aret ⁊ cultiuet: quo deficiēte nihil oīno fiet: ⁊ tñ deus non erit mutabilis ꝑpter quod Greg⁹ dicit: Nō de⁹ imutat sentētiā ⁊ nō imutat ꝯsiliū. s. volūtatē sue. qđ ego dicit pniaȝ agā ego: intelligit methaphorice dictū. Nā hoies qui nō iplēt quod cōminati sūt penitere vident: ꝙ etiā dicit morte morieris itelligit. s. si ī petō ꝑmāseris: si aūt a peccato resurrexeris: vita viuet ⁊ non morietur. ¶ Secūdo videt̄ ꝯtraria illa scriptura. Geñ. vi. vbi dr: Videns aūt de⁹ ꝙ multa malicia hoiū esset ī terra ⁊ cūcta co. cor. ite. es. ad malū oī tpe: pēituit eū ꝙ hoiēȝ fecisset i terra. Et ifra: pēitet eni me fecisse eos. ¶ Ad hoc rñdet ꝫ Tho. i ṗma pte. q. xix. ar. vij. in rñsione ṗmi argu. Nō ꝟ dñi illud dñi etiaȝ methaphorice intelligēdū ē ꝫ silitudineȝ nrām. Vñ ⁊ Nicho. de lira. ibidē dicit peniuit. i. ad modū pēitentꝭ se habuit. Cū eni nos pēitet destruim⁹ qđ fecim⁹: cuius ħ possit eē absqȝ mutatiōe volūtatꝭ: cū etiā aliqs hō absqȝ mutatiōe volūtatis interdum velit aliqd facer̄: sil̄ intēdēs postea illud destruere: sicut igit̄ penituisse, dicit̄ deuȝ ꝫ silitudinē nostrā seu oꝑationis nostr̄ inquātū hoīeȝ quē fecerat ꝑ diluuium a facie terre dleuit. ¶ Tertio ē alia scriptā que etiā videt̄ ṗdicte ꝯclusiōi ꝯ̄ria esse. s. Esa. xxxviij. de Ezechia rege cui petenti dixit de⁹ Audiui orōne tuā ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce. adijciā sup dies tuos. ānos. xv. ⁊ de manu r̄gis assyrioꝝ eruā te ⁊ ciuitatē istā ⁊ ꝑtegaȝ eā. Ad hoc rñdet ꝫ Tho. vbi. s. i rñsione. ij. argu. Quod volūtas dei cū sit cā ṗma ⁊ vniuersalis: nō excludit cās medias i quaꝝ ꝟtute ē vt aliq effectus ꝑducant sed qꝛ oēs cāe medie nō adequāt virtutē cāe ṗme mlta sūt i scia ⁊ virtute ⁊ volūtate dina q̄ nō cōtinent sub ordine causaꝝ īferioꝝ sicut resuscitatio. Lazari. vñ aliqs respiciēs ad cās inferiores dicere potat. Lazarus nō resurgit. Respiciēs ꝟo ad cām dinā ṗmā potat dicer̄. Lazar⁹ r̄surget ⁊ vtrūqȝ coꝝ de⁹ vult. s. ꝙ aliqñ aliqd non sit futuꝝ ꝫ cās inferiores qđ tñ futuruȝ sit ꝫ cām supiorē vl̄ econuerso. Et sic igitur dicēdū ē ꝙ aliqñ de⁹ ṗnūciat aliqd futurū ꝭm ordinē causarū iferioꝝ: puta ꝫ dispositionē nature vl̄ meritoꝝ qđ tñ nō fit: qꝛ alit̄ est i cā supiori dina. Et iō cuȝ ṗdixit. Ezechie: Dispone domui tue: qꝛ morieris tu ⁊ nō viues: nō, tñ ita euenit qꝛ alit̄ ab eterno fuit in scia ⁊. voluntate dina q̄ imutabilis ē. Agam⁹ ergo pniaȝ frēs charissimi: vt ꝯuertamus ad nos miaȝ dei q̄ sola pnia de celo trahit̄. Propterea Cyprianus de pc. pis. i. c. miror.

dicit. Miror aūt q̄sdā sic obstinatos eē vt dandā nō putēt lapsis pniām: aut penitentib⁹ existimēt veniā denegādā: cū scriptū sit. Memor esto vnde excideris et age pniā: et pria opa fac. Et Hiero. ead. di. c. q2 diuinitatis. dicit. Quia diuinitatis nā clemēs ē et pia. magisq3 ad indulgētiā q̄3 ad vindictā pna: q nō vult mortē peccatoris s3 vt cōuertat et viuat. si qs p⁹ lapsū pctōꝝ ad pniā se ꝯuerterit: cito a vō misericordie iudice veniā ipetrabit. hec ille. Et hec dicta sufficiāt quātū ad secūdā partē huius sermonis que dicitur scripture declaratio.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua ponitur ad predictarū confirmationem scripture exemplificatio.

Ertio i isto sermōe ad ꝯfirmationē p̄dictoꝝ ponēda ē scripture sacre exēplificatio. s. Jone pphe: q cū nollet ire ad p̄dicādū subuersionē niniue, piect⁹ ē i mare: et deglutit⁹ ē a pisce grādi trib⁹ dieb⁹ et trib⁹ noctib⁹ timebat eni' eis p̄dicare displicibilia: et tales cōminationes horribiles. Dicūt eni aliq q ideo noluit ire: qa sciebat deū eē misericordē q de facili eis parceret: si cōuersi fuissēt: et ipse falsus ppheta reputatus fuisset. postq̄3 vō piscis euomuit eū in aridā Jone. Scdō factū est vt scribit Jone. iij. verbū dn̄i ad Jonā scdō dicēs surge et vade in niniuē ciuitatē magnā et p̄dica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te. Et surrexit Jonas et abijt i niniue iuxta vbū dn̄i: nō eni voluit denuo ꝯdicere. q2 iā manū dn̄i expert⁹ fuerat. Sequit. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierū triū: et cepit Jonas introire i ciuitatē itinere diei vni⁹ et clamauit et dixit: Adhuc quadraginta dies et niniue subuertet: et ceperūt oēs timere: et tota ciuitas cōmota ē et dicebāt ad alterutꝝ. Nūqd hoc ē verū? Nūqd hoc peccata nr̄a merent? Nūqd iste ē verus ppheta? Nūqd clamor pctōꝝ nostroꝝ ascēdit ad aures dei sabaoth? Nūqd ē āplius operū nostroꝝ aliqd remediū? Nūqd iniqtates nostre adeo sūt mltiplicate: q ampli⁹ veniā reperire nequeāt? Certe deus misericors est et p̄stabilis sup malicia: q nō vult mortē pctōris. sed vt magis cōuertat et viuat. Cōuertamur ergo et agamus penitētiā: clamem⁹ in celum et cognoscam⁹ oipotētē et misericordē deū. Ideo sequit. Et crediderūt viri niniuite i dn̄o. et p̄dicauerūt ieiuniū: et vestiti sunt saccis a maiore vsq3 ad minorē: vbi dicit Alex. de ales q peccata niniue erāt luxuria. et pōpa sup̄bia: vnde ispirati a deo p luxuria p̄dicauerūt ieiuniū: et pro sup̄bia vestiti sunt saccis a maiore vsq3 ad minimū. Ideo sequit. Et peruenit vbū ad regē niniue: et surrexit de solio suo: et abiecit vestimētū suum a se: et indut⁹ est sacco: et sedit i cinere: et clamauit et dixit. in niniue ex ore regis et principū eius di. Homines et iumenta et boues et pecora nō gustēt quicq̄3: nec pascāt: et aquā nō bibāt et operiāt saccis hoies et iumēta: et clamēt ad dn̄m in fortitudine et cōuertātur a via sua mala: et ab iniquitate que ē i manib⁹ eorū. Quis scit si conuertat et ignoscat deus: et ꝯuertat a furore ire sue et nō pibim⁹. Et vidit deus opera eorū: qa ꝯuersi sūt d via sua mala: et misert⁹ ē deus sup maliciā quā locut⁹ fuerat vt faceret eis et nō fecit. Sic faciam⁹ et nos fratres carissimi et deus miserebit nostri et dabit gratiā nobis in presenti Et gloriam in futuro in secula seculorum.

Amen.

¶ Feria. vi. post secūdā dominicam, de aduentu: de qualificatione penitentie. s. quomodo debebat esse integra: et recta. intentione facta. Sermo. xiij.

Ecunque scripta sunt ad nr̄az doctrinā scripta sūt. Iterū vbi. s. Nō sufficit fratres charissimi circa expeditionē vni⁹ negocij scire qd facere debeam⁹ et quātū nisi modū quoq3 expeditiōis cognoscam⁹. Idcirco postq̄3 in supiorib⁹ qdditatē pniē: institutionē, originē, necessitatē: necnon et quātitatē

pnia debet

quãlitatẽ descripsim⁹. Restat vt modũ q̃ꝫ ⁊ cõditionẽ eiusdẽ pnie describam⁹ et hoc qdẽ vtiq̃ꝫ ex fũdamẽto scripturaꝝ doceam⁹: q̃liter .s. pnia nr̃a debeat esse circũstãtiata ad hoc ꝙ sit fructifera: peccatoꝝ remissiua: grẽ impetratiua ⁊ deo grata: q꞉ vt dicit thema assũptũ Quecũ q̃ꝫ scripta sũt. ⁊c. De qualificatiõe igitur pnie tractãtes tres ꝯsideratiões ãnotabim⁹. quarum Prima dicetur integritatis conclusio. Secũda dicetur integritatis descisio. Tertia dicet intentionis rectificatio.

¶ Pars prima huius sermõis in qua declarat ꝙ pnia ad hoc ꝙ sit vera debꝫ esse de omnibus peccatis integra.

P Rimo igit in ista pte ponit illa ꝯclusio sacroꝝ theologoꝝ .s. btĩ Tho. in. iiij. di. xv. ar. iij. q. iij. Et in. ij. pte. q. lxxxvi. ar. iij. Et. Bon in. iiij. di. xv. ar. i. q. ij. Et Ric. ibidem. q. vj. Et Alex. in. iiij. pte sũ. siue i tractatu de pnia in gnãli .s. ꝙ ad hoc q̀ penitẽtia sit vera: necesse ẽ ꝙ sit integra de oib⁹ pctis nemine remanẽte. q̃ cõclusio ꝓbat tribus mõis. Rõnib⁹ .s. auctoritatib⁹. ⁊ ꝯuenientijs. ¶ Pmo ergo ꝓbat rõnib⁹ sic. ñ pt deo satisfieri nisi ꝑ op⁹ deo acceptũ. sꝫ op⁹ i pctõ mortali factũ ñ est deo acceptũ. iux̃ illd. Esaie lviij. Jeiuniũ eoꝝ q ad ꝯtẽtiões ⁊ lites ieiunabãt: deo acceptuꝫ ñ erat: ergo ⁊c. pterea pnia vl' satisfactio ẽ medicina curãs pctã pterita ⁊ a futuris pseruãs: sꝫ pctã sine grã curari ñ pñt. cũ ergo q̃libꝫ pctũ mortale grãꝫ auferat. ⁊ grẽ ꝯtrariet. seqt q̀ de vno ñ pt fieri pnia vl' satisfactio sine alio. pterea pnia dꝫ eẽ talis vt offẽsã tollat ⁊ amicitiã restituat: sꝫ q̀libꝫ pctũ mortale ñ tollit amicitiã sꝫ ipedit. ergo ⁊c. Itẽ dei pfecta sũt opa. Deutero. ij. sꝫ pfectũ ẽ cui nihil deest. ij. phisicorũ. Cũ igit remissio pctoꝝ sit op⁹ miẽ dei ad pfectionẽ ei⁹ reqrit ꝙ oĩa sil' remittat. Vñ. Aug. i li. de pnia ait. Quedã ipietas ifidelitatis ẽ: ab illo q iust⁹ ⁊ iustitia ẽ. dimidiã' spare veniã. ¶ Scdo h idẽ ꝓbat auctãtib⁹. ait eni. Aug. i. li. de pnia. q̀ ẽt hr̃ i. iiij. sñ. di. xv. ⁊ de pe. di. iij. c. sũt plures. sic. Sũt plres q̃s penitet peccasse. sꝫ ñ oĩo reseruãtes sibi quedaꝫ i qb⁹ delectãt: nõ aduertẽtes dñꝫ sil' mutũꝫ. ⁊ surdũ a demõio liberasse: ꝑ q̀ docet nos nũq̃ꝫ nisi de oib⁹ sanari. Si eni vellet pctã ex pte reseruari: hẽntẽ septeꝫ demonia pficere potuit sex expulsis. Expulit ãt septẽ vt oĩa crĩa sil' eijciẽda doceret. Legionẽ ṽo demoniũ ab alio eijciẽs nullũ reliqt de oib⁹: q liberatũ posside ret: oñdẽs ꝙ si ẽt pctã sint mille oportet de oib⁹ penitere. hec ibi. vt pꝫ. hoc ideꝫ ꝓbat auctãte Greg. d̀ pe. di. iij. c. pniaꝫ. vbi sic ait. Qui sic alia deplorat: vt itcrũ alia ꝯmittat. pniaꝫ adhuc agere aut ignorat: aut dissil'at. qd eni ꝓdest si pctã golu xurie defleat: ⁊ tñ adhuc auaritie estib⁹ hanelat? q. d. nihil. Iteꝫ auctãte Isido. ibidẽ. §. irrisor. si. di. Irrisor ẽ nõ penitẽs q adhuc agit qd pẽitcat: nec vr̃ deũ poscere subdit⁹. sꝫ subsãnare supb⁹ Canis reuersus ad vomitũ: ẽ pcitẽs reuers⁹ ad pctũ. multi lachrymas idesinẽter fũdũt. ⁊ peccare nõ d̃sinũt. q̃sdã accipe lachrymas ad pniaꝫ cerno: ⁊ effectũ pnie nõ hẽre: q꞉ in cõstãtia mẽtis in recordatiõe pcti lachrymas fũdũt nec nõ renuiscẽte vsu ea q̃ plorauerũt iterãdo cõmittũt. h ibi. Itẽ ꝓbat auctoritate mgr̃i in. iiij. di. xv. c. penul. ⁊ ẽt hr̃tur de pe. di. v. c. vlti. vbi sic dr̃: Falsã pniaꝫ cõstat esse cũ spretis plurib⁹ de vno solo pnia agit: aut cũ sic agit de vno: vt tamẽ nõ discedat ab alio. h ille. Itẽ auctãte Chrysosto. de cõpũctiõe cordis sic di. Qui praue viuendo pniam agit: in mortis periculo sicut ei⁹ dãnatio incerta ẽ: sic ⁊ remissio dubia Qui ergo cupit cert⁹ esse in morte de indulgẽtia: san⁹ peniteat. san⁹ q̃ꝫ oĩa ppetrata facinora defleat. hec ille. ¶ Cõfirmãt ista ꝑ legẽ canonicã extra de baptismo. m. c. maiores vbi dr̃: Dñs totũ hoiem sanũ fecit i sabbato. glo. nihil reputat actũ dñi aliqd supest ad agenduꝫ. vij. q. i. nihil. xxxviij. di. que in ipsis argu. q꞉ pnia ex pte nõ pt valere ⁊ ex pte sic. ff. familie hercis. l. in hoc iudicio. C. de reputatiõib⁹ q̃ fi. i iudi. l. vna. de cõse di. ij. c.

cõpim⁹. Ad hoc de puer. cõiu. c. placet in gl. Argumẽtũ ẽt qr nõ valet ꝓpte alȋ qd fieri: nisi id totũ fiat: ff. de procuratorib⁹. l. i. cãe. ff. ꝓ derelicto. l. iij. ff. de trãsactiõib⁹ l. cũ hi. nec liberat pign⁹: si de ꝑte sit satisfactũ debiti. C. de distractiõe pignorũ. l. q̃diu. Et. q aliquid debet facere non liberat faciẽdo ꝓ ꝑte. ff. de vbo rũ obligatiõib⁹. l. in executionib⁹. §. plura. ex̃ de pẽis. c. sũma. Et iõ pctm̃ nõ ex ꝑte sed ex toto dimittit. Et de pe. di. iij. §. his auctoritatib⁹. dr̃ his auctoritatib⁹ illoꝝ snĩa destruit: q̃ cũ qs plurib⁹ irretitus fuerit. asserit vni⁹ delicti pnĩa eiusdẽ veniã a dño ↄseq: sine pnĩa crĩs alteri⁹ hec ibi. Et sic patet ex ꝑdictis auctoritatib⁹ qualiter nõ põt peccator facere pñiã de vno pctõ sine alio: ꝛ q̃liter pnĩa nõ valet de ꝑteritis sine dispositiõe cauẽdi a futuris. ℂ Tertio hoc idez ꝓbat in cõueniẽtijs. Si eni hõ de vno pctõ sine alio posset penitere ꝛ deo satisfacere quatuor incõueniẽtia sequerẽt. Primũ est ꝙ hõ sil' placaret deũ ꝛ sil' irasci faceret exẽplo hoĩs q altero hoi se ꝯstraret ꝓ alapa sibi data ꝛ eidem aliã sil' daret. Secũdũ ꝙ cũ aĩa sit simplex i ꝑte esset ↄuersa ad deũ: ꝛ i ꝑte auersa: qꝺ ẽ ipossibile. Tertiũ qr tũc esset restitutio pene sine restitutiõe amicicie ita qꝺ sil' eẽt amicus ꝛ inimic⁹ dei: qꝺ est ipossibile: quia duo ↄtraria nõ pñt sil' eẽ in eodẽ subiecto. s̓ꝫ phꝫ. x. methaphi. Quartũ ẽ ꝙ sil' esset in gr̃a ꝛ sine gr̃a. qꝺ ꝑ simile ẽ impossibile. ℂ Ultra ꝑdicta ponit Aug. ꝙ hõ nõ põt de vno pctõ penitere: ꝛ deo satisfacere sine alio ꝓpter tria icõueniẽtia q̃ sequerẽt. Primũ est qr q̃diu hõ ẽ in pctõ: ẽ inimicus dei. ꝑꝑ qꝺ de⁹ nullã põt infũdere gr̃aꝫ: ex quo sequeret ꝙ gr̃a cum pctõ simul possẽt cõmanere: qꝺ est ipossibile. Scd̃m ẽ q aĩã sequeret ꝙ hõ sine amore dei. i. sine. charitate ꝑueniret ad regnũ. Tertiũ ẽ ꝙ hõ sine vera pnĩa recõciliaret deo: qr ille q ẽ i peccato mortali nõ ẽ capax veritatꝫ nec vere pnĩe: ꝓpter que oĩa tenẽda ẽ ista cõclusio: ꝙ pnĩa debet esse itegra. de oĩbus. s. pctĩs cũ dispositiõe cauendi a futuris. ꝛ hec dicta sufficiãt quãtũ ad p̃mã partẽ huius sermõs

ℂ Pars secũda huius sermõis in qua defensat ꝑdicta cõclusio ab euidentib⁹ cõtrarietatibus.

Secũdo in isto sermõe defẽdẽda ẽ predicte ↄclusio ab euidẽtibus ↄ̃dictionib⁹ ꝑ earũ solutionẽ. ℂ Primo eni predicte ↄclusiõi ↄ̃dicit rõnib⁹ cũ eoꝝ q̃ nõ ẽ necesse esse sil' vnũ põt auferri sine alio. sꝫ pctã ñ sunt connexa qr vnũ ꝑt eẽ siñ alio ergo vnũ eoꝝ ꝑt remitti ꝑ pnĩaꝫ sine alio. preterea pctã sũt debita q̃ nobis relaxari petim⁹ cũ dicim⁹ in orõne dñica. Dimitte nob̃ debita nr̃a. sed hõ q̃nq3 dimittit debitũ vnũ sine alio. ergo ẽt dñs ꝑ pñiam põt dimittere vnũ pctm̃ sine alio. Itẽ ꝑ dilectione dei relaxãt hoĩbus. pctã s̓m illud Miere. xxxi. In charitate ꝑpetua dilexi te. sed nihil ꝓhibet qn deus diligat hoĩnẽ q̃tũ ad vnũ: ꝛ odiat q̃tũ ad alterũ: sicut pctõrẽ diligit q̃tũ ad nãm: odit ãt q̃tũ ad culpã. ergo vr̃ possibile ꝙ deus remittat vnum pctm̃ sine alio. ℂ Scd̃o idẽ ꝓbat auctoritatib⁹ sic. Greg. sup illud Amos. iiij. Pluit super vna ciuitatẽ ꝛ sup alterã nõ pluit. in quadã omel'. super Ezech. sic ait. Cũ ille q ꝓximũ odit ab alijs vitijs se corrigit: vna ꝛ eadẽ ciuitas ex ꝑte ↄpluit ꝛ ex ꝑte arida manet: qa sũt ñ ulli cũ q̃dã vitia resecãt i alijs grauit ꝑdurãt ergo ꝑt vnũ pctm̃ r̃mitti siñ altero ꝑ pniam. Et Ambro. nr̃ sup Bt̃i immaculati. sic ait. Prima cõsolatio ẽ. qr nõ obliuiscit misereri de⁹. Scd̃a ꝓ punitione vbi ꝛ si fides desit pena satisfacit ꝛ releuat hec ibi. Põt ergo aliquis releuari ab aliquo peccato manẽte pctõ infidelitatis. ℂ Tertio idẽ ꝓbat Exẽplis sic hõ põt satisfacere de vno peccato veniali sine alio. ergo a simili de vno pctõ mortali sine alio. Et sic in ifirmitatib⁹ corpalib⁹ sanat vnũ mẽbrũ sine alio: ꝛ vna infirmitas expellit sine alia sic vr̃ vnũ peccatũ posse remitti sine alio Ad p̃mũ horũ dicas ꝙ pctã q̃tũ ad ñ sunt ãnexa q̃tũ ad

tū ad cōuersionē ad bonū cōmutabile:
q2 auaricia cōuertit ad bonū tpale. Lu/
xuria vō ad bonū corporale. sūt tn̄ āne/
xa quātū ad auersionē a bono icōmuta
bili in qua ɔueniunt oīa pctā mortalia ⁊
hac ex parte hūt rōnē offēse. Ad scōm
dicas ꝙ debitū exteriores rei: puta pecu
nie nō ɔtrariat amicitie ex qua debituʒ re/
mittit. ⁊ ideo pōt remitti vnuʒ sine alio:
ſʒ debitū culpe cōtrariat amicicie. ⁊ ideo
vna culpa nō remittit sine alia. Ridicu
lū enim vr̄ ꝙ qs ab hoie veniā petat de
vna offēsa nō de alia. Ad tertiū āt dico
ꝙ dilectio qua de⁹ diligit oēs nāliter: nō
ordinat ad bonū grē ⁊ glorie. a qua im/
pedit homo ꝑ qōlibet pctm̄ mortale. ſʒ
dilectio grē ꝑ quā fit remissio pcti mor/
talis ordinat hoieʒ ad vitā eternā. Juxta
illud ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna q̄
ꝓpter nō est similis rō. Ad auctoritateʒ
Greg. dicas ꝙ nō est itelligēda quātuʒ
ad remissionē culpe: ſʒ q̄tū ad cessatio/
nē ab actu: q2 interdū ille q plura pecca
ta ɔsueuit ɔmittere desinit vnū nō tn̄ ali
ud: qđ qdē fit auxilio diuino. ſʒ ex hoc n̄
ꝑtingit vsqʒ ad remissionē culpe ⁊ ad re
q̄sitionē grē: nisi oīa peccata simul desi
nāt: ⁊ a vitijs abstinere disponat. Et ad
auctoritatē Ambro. dr̄ ꝙ ibi nō accipit
fides ꝓut credit in xp̄m: vt sit sensus: ⁊
si fides desit. i. peccatuʒ ifidelitatꝭ adsit:
pena satisfacit ⁊ releuat: ſʒ accipit fides
ꝓ ɔscia vt sit sensus: ⁊ si fides đsit. i. pcti
ɔsciētia. tn̄ pena satisfacit ⁊ releuat: quia
interdū ꝑ penas q̄s q̄s patiēter sustinet
ɔseqt remissionē pcti cui⁹ ɔsciam non
hʒ. Ad illā similitudinē de pctō veniali
dr̄ ꝙ nō ē simile: q2 nullū pctm̄ morta/
le pōt se pati cū charitate: vt pʒ ex supra
dictis. veniale aūt simul ɔpatit se cū cha
ritate: ⁊ iō pt acceptari pnīa de vno sine
pnīa đ alio. ⁊ ad istud exēplū đ ifirmita
tib⁹ corpalib⁹ dr̄ ꝙ n̄ ita se hʒ ifirmitas
corpalis sicut spūalis co ꝙ vna ifirmitas
corpalis sine alia pt curari. nō aūt spūal'
cui⁹ rō est: q2 infirmitates corpales hūt
tolli ꝑ diuersa remedia ⁊ nō ꝑ vnū oēs
aūt ifirmitates spūales. i. pctā oīa hūt re

moueri ꝑ vnū. i. ꝑ grām. Et sic patet se
cunda ps princ. palis hui⁹ sermonis.

¶ Pars tertia huius sermōis in q̄ po/
nit. alia penitētie cōditio. scilicet ꝙ ad h
ꝙ sit vera debet esse recta.

Certio in isto sermōe ponit ista
cōclusio. ꝙ ad h ꝙ pnīa sit vera
debet esse recta itētiōe facta. dic
eni Alex. vbi. s. ꝙ dupliciter pōt eē pnīa
de pctō ɔmisso: Aut ex lesiōe nāe. ⁊ istā
pniam pōt qs hēre ex sola nā sine aliq̄
grā. Aut ex offēsione maiestatꝭ diuine ⁊
ꝑuaricatiōe iustitie: ⁊ ista nō ē sine grā
gratū faciēte vl gratis data. ⁊ ista ē pnīa
vera ⁊ optima ⁊ satisfactoria. Agam⁹ er
go pniaʒ n̄ ex timore solū: ſʒ etiā ex amo
re. vt nō solū penā fugiam⁹: ſʒ ēt grām
acgram⁹. Intētio eni fin Ambro. li. de
offi. iponit nomen operi. Cōfirmat hoc
phs. i. li. ii. đ aīa. di. Oīa iuste denoiant
a fine Si ergo finis bon⁹ ē ꝑꝑ quē ali/
qd facim⁹: ipsū q̄qʒ op⁹ bonū erit. Sed
si mal⁹ est finis. malū erit op⁹. Pʒ h ꝑ
plura exēpla. Nā legit Geñ. xvii. ⁊ xviij.
abrahā: ⁊ sarram risisse: ⁊ tamen ab
rahaʒ laudari: ⁊ sarrā rephēdi. Et vñ h
nisi ex diuersitate itētiōis: q2 act⁹ exteri
or idē fuit: sed abrhaā risit ex ꝓmissiōis
leticia. Sarra vō ex ipetratiōis diffidē/
tia. q̄ stās p⁹ hostiū tabnaculi occulte ri
sit dicens. postq̄ʒ cōsenui ⁊ dn̄s meus vetul⁹
est. voluptati operā dabo q̄si diceret ridi
culū h est. Preterea Luc. xxi. c. pretulit
dn̄s munera vidue muneribus diuitū ex
diuersitate affectiōis. Itē herodes volu
it videre Jesū. Luce. xxij. nec tn̄ lauda/
bat: q2 viderit eū: nec aliqđ v̄buʒ ab eo
audiuit. q2 ex curiositate tm̄ hoc hēbat đ
siderium. zache⁹ aūt laudat Luce. xix. q2
ex deuotiōe cōcupiuit eū videre: ⁊ vidit
⁊ gauisus ē. Preterea Geñ. iiij. Cayn oc
cidit abel ex iuidia. ⁊ vituperatur ⁊ rephē/
ditur: Dauid occidit goliad ex iustitia ⁊
laudat ꝑmi. Re. xviij. Et vt ad ꝓpositum
nr̄m redeam⁹. Pharao pētiuit di. pec/
caui. Exo. ix. solū ꝑꝑ timorē flagellorū.
Silr Antioch⁹ ii. Mach. ix. pētiuit ꝓ
pter lesiōeʒ nāe quā icurrerat: nō ꝓpte

diuinā offensā vt refert Bo.i.iiij.di.xiiij. Quia ꝑpter null⁹ eoꝝ veniā meruit. Sz Dauid ꝑpter dei offensā penituit di.pec caui.ij.ꝝ.xij.vñ statim meruit audire ꝓ ꝓphetaz Natan: Dñs quoqꝫ transtulit pctm̄ a te. Cōfirmāt ista ꝑ auctoritatem Ambrosij i lib.ð officijs.⁊ habet.lxxxvj. di.c.nō satis. vbi dicit. Nō satis ē bene velle nisi sit etiā bñ facere: nec satis ē bñ facere nisi hoc ex bono fonte.i.ex bona volūtate ꝑficiscat. hec ille. Agam⁹ ergo pēitētiā cū ꝑdictꝫ circūstātijs.s.itegritate ⁊ v̄a itentiōe. ⁊ sic idulgentiā pctōꝝ im petrabim⁹ ⁊ ꝑmia eterna cōseqmur: ad q̄ ille nos ꝑducat qui cuz patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat de⁹ dō ans peccata p penitētiā i secula seculoꝝ. Amen.

Sabbato post secūdā dñicā ð aduētu ð hūilitate v̄ginis gloriose. Sermo.14.

Quia respexit

hūilitatē ācille sue: ecce.n ex hoc btām me dicēt oēs generatiōes. Gloriose vir ginis Marie v̄ba sūt ista q̄ Luc.i.c.scribunt. Quia fres charissimi dies sabbati est dies ð pu tat⁹ deuotiōi v̄ginis Marie q̄ ðdicat⁹ ē ꝑpterea: qz tota fides i sabbato mortuo christo i gliosa v̄gie ꝑmāsit Jdcirco cō mūitatē christiāoꝝ cōsiderās gloriose v̄gini affectāt eē qz ipsa ē mat pia pecca toꝝ ⁊ aduocata ⁊ omniū gratiaꝝ ipetra trix. ait eni Anselm⁹ i libro orationū. O maria dulcissia semp qz beatissima sicut oīs peccator a te auers⁹ ⁊ a te despectus necesse ē vt itereat: Jta oīs peccator ad te conuers⁹. ⁊ a te r̄spect⁹ necesse ē vt viuat. Hec ille. Existiaui ꝑ satisfactiōe deuo tiōis illoꝝ i isto sacro aduētu: oī die sab bati mēorā facere de gloriosa v̄gie ma ria. Et qz in sabbato ꝑcedēti predicaui mus de excellētia ꝯceptiōis ei⁹. Jn ꝑsē ti tractabim⁹ de efficacia meriti sui ⁊ ei⁹ ꝓfūda hūilitate: que ipsi⁹ meriti funda mentū fuit ⁊ causa. Quaꝑpter ait ipsa i v̄bis ꝑallegatis. Quia respexit humi litatē ancille. ⁊c. De q̄ tractātes tres con

sideratiōes ānotabim⁹. quarū. Pria dicet meriti dubitatio. Secūda dicet ma ternitatis declaratio. Tertia dicet profun da humiliatio.

Pars pria huius sermonis in qua declaratur efficacia seu excellentia meri tis virginis gloriose

P Rimo igit in isto sermōe vt vi deat excellētia meriti beate vir ginis orit vnū dubiū multū sin gulare. Si beata virgo Maria meruit vt filius dei in ipsa incarnaretur. Ad cui⁹ dubij declaratiōnē mouet aliud du biū. Si vnqꝫ aliquis fuit tāte sanctitatis ⁊ excellētie. ꝙ meruerit īcarnatiōnē filij dei. videt eni ꝙ sic: qz sentētia est olum theologoꝝ marie. Bona.in.iij.di.iiij. ⁊ Ricar.ibidē articu.iij.q.ij. Et in iiij.dis. xv.articu.iiij.q.vij. Et beati. Tho.secun da secūde.q.lxxxiij.artic.xvi. ꝙ ille q̄ hꝫ istas cōdinones in sua oratiōe meretur exaudiri.s.ꝙ pie.id est humiliter ⁊ reue nerenter. Fideliter id est cū fide. Perse ueranter. Et ad salutē necessaria petat vt patebit infra in tractatu de orone. vn de Math.vij. Ois q̄ petit accipit: ⁊ q̄ que rit inuenit: ⁊ pulsāti aperiet. Sed sancti pa tres q̄ fuerūt ante aduētū xpi. sic petie rūt filij dei incarnatiōnē: in quoꝝ ꝑsona dicitur. Exodi.iiij. Obsecro dñe: mitte quez missurus es. ⁊ psalmo.xvi. Emitte agnū dñe dñatorē terre. Et psalmo.xli. Rogate celi desup: ⁊ nubes pluāt iustū. ⁊ psalmo.lxxxiiij. Ostēde nobis dñe mi sericordiā tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. ⁊ Esa.lxiiij. Utinā dirūperes celos: ⁊ de scenderes: Ergo. v̄r ꝙ sancti patres qui precesserūt incarnatiōnē ipsi eā merue rint. Cōtrariū tñ v̄r ꝑ apostolū q̄ ad titū.iij.ait. Apparuit benignitas ⁊ hūa nitas saluatoris nostri dei. nō ex operib⁹ iustitie que fecim⁹ nos: sed ꝑm suā mi sericordiā saluos nos fecit. Et ad Ro. xi. Si g̃ra dei ingt iā nō ex operib⁹: alio qn iā nō ex g̃ra. Sꝫ ꝑm Aug.xiij. de trini tate.c.xix. Jn reb⁹ per tēpus ortis illa sū ma g̃ra est: ꝙ homo in vnitate persone cōiunct⁹ est deo: ergo v̄r ꝙ n̄ aliquis merito

merito sit icarnat⁹: sed ex mera gratia: ergo ꝛc. ℂ Ad istā questionem. Rñdet Ric. in. iij. di. iiij. articu. iij. q. i. dicēs. Q̄ incarnatio dei pōt ꝯsiderari dupliciter. quātū ad essentiā. ꝛ quātum ad circūstātiā. Primo modo dico ꝙ null⁹ vnq̄ꝫ potuit mereri incarnationē filij dei trib⁹ rationib⁹. Primo qꝛ fundamētū meriti nō pōt cadere sub merito. sed incarnatio filij dei semꝑ fuit fundamētū oīs meriti: post lapsū humane nature: inquātū sine fide eius implicita. vel explicita vnq̄ꝫ potuit quis mereri vitam eternā. vnde Augusti: in li. Ench. c. penultimo dicit. Nec antiquorū quicq̄ꝫ iustoꝝ preter fidem xp̄i salutem potuit inuenire ꝛc. Secūdo quia incarnatio filij dei fuit infinita inquātum fuit ad reparādū naturā humanā que q̄uis nō habuerit infinitatē indiuiduā in actu. hūit tamē ī potentia. Quia nisi deus prefixisset numerū: erat apta nata cōicari in infinitum: ergo meritum nullius hoīs puri etiā oīum hoīnum simul sufficere poterat ad impetrandū filij dei incarnationē ꝑ quā humana natura esset reparāda. Tertio qꝛ null⁹ deo nō recōciliatus: pōt mereri de condigno aliquod donū: sed ante xp̄i incarnationē nullus erat deo recōciliatus: qꝛ ſm ordinationē diuinā recōciliatio presupponebat filij dei incarnationē: ergo nullus poterat mereri illō quo erat recōciliandus: qꝛ satisfacere nō poterat pro delicto. ſm Anselmū libro. ij. Cur deus homo. ℂ Si autē loquamur de predicta incarnatione. Secūdo mō. s. quantū ad circūstātiam hoc potest eē dupliciter. aut quātū ad circūstātiā tp̄is. aut quātū ad circūstantiam persone in q̄ debebat incarnari. Primo modo potest dici ꝙ sancti patres meruerunt ꝙ filius dei naturā humanā assumeret eo tēpore quo ipsam assumpsit. ipsi enī flagrātissimis desiderijs vt dictū est presupposita filij dei incarnatione futura meruerūt eius accellerationē. Secūdo modo quantum ad personā Respondet distinguēdo ſ꜠ Theologos. Ric. ꝛ Boñ. vbi supra. ꝛ etiā in. ll. sententiaruꝫ. di. xxvij: arti. ij. q. ij. Q̄ duplex est meritū: meritum cōdigni ꝛ meritū ꝯgrui. Meritū condigni est illud in quo reperitur ꝑfecte ꝛ complete ratio merendi. q̄ scilicꝫ est quedaꝫ adequatio meriti ad premiū sicut exēpli causa. Ille qui laborauit per totū diem mereꝛ de ꝯdigno habere vnū carlinū. Meritū congrui est illud ī quo nō perfecte ratio merendi reperiꝛ tamē cōgruū est vt habeat aliqd̄ p̄miuꝫ: sicut qui laborauit partē diei mereꝛ. ñ de ꝯdigno: sed de congruo etiā habere carlinū Modo ad propositū nostruꝫ: si loquamur de primo merito: dicūt theologi ꝙ nulla persona meruit ꝙ filius dei incarnareꝛ. qꝛ nulla adequatio est ꝛ mensuratio. Si āt scdō mō dicūt theologi q̄ sic quia. s. beata virgo Maria propter sanctitatē: humilitatē: ꝛ innocentiā p̄supposita futuritiōe incarnatiōis filij dei meruit: vt in ipsa conciperet: qꝛ ſm Anselmū in libro de conceptu virginali. Decebat vt illius conceptio fieret de matre purissima. ꝛc. Et iō de ipsa cantat ecclia Btā viscera Marie v̄ginis q̄ meruerūt portare eterni patris filium. Et hoc sufficiat quantuꝫ ad primam partem huius sermonis.

ℂ Pars secunda huius sermonis in qua declaratur. ꝙ virgo Maria tāte fuit dignitatis vt meruerit dici mater xp̄i.

[S]ecūdo in isto sermone ad cōmendationē bea. virg. poniꝛ ista ꝯclusio ſm Ric. in. iij. di. iiij. ar. ij. Quod vir. est tante dignitatis ꝙ vere potest dici mater dei. Ad cuius conclusionis probationē presupponuntur duo deinde infertur conclusio. ℂ Primo presupponitur ſm eundem doc. ca. dis. ꝙ virgo Maria vere fuit mater naturalis corporis Christi: qꝛ quicquid reqritur ad rōnē maternitaꝫ fuit in v̄gine respcū Jesu xp̄i: ꝑ v̄tutē generatiuā. humorē sāguineū in mēbris digestū in semen ꝯuertit eo mō quo semē ēī mulieribus ꝛ illud semē cecidit sine q̄cūq̄ꝫ trāsmutatiōe: ꝛ decordiatiōe ad locū debitū

tēnit: plus intumescit τ alios dspicit: ac si ipse oīa suis manibus fecisset: ac ꝓpria v̄tute sine auxilio dei τ grā acquisierit. Nōne miser venisti mūdū nud⁹? Job pmo Nudus egressus sū de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Nonne sicut asinus q cū bñ cibat⁹ est calces in pectore figet: ꝫ illud psal. Incrassatus τ īpinguat⁹ dilatat⁹ retribuebat mihi mala p bonis. O mulier inuenēshēs maritū de quo ꝯtētaris: ornata: pulchra cū filijs. debes de oībus humiliari inimi⁹ cōuersari: a pctīs cauere: deo pl⁹ s̄uire. nā nos allicit deus: vt venator accipitrē. dat enī accipitri pmo cibū: nec satiat illū: vt tñ allicitat ad reddēdū qd ille venet τ capiat dño suo spe cibi futuri q̄ speret ad plenū satiari debere: sic deus dat nobis terrena: vt ad celestia alliciat: h̄ restituamus terrena dño deo suo. Sꝫ insipiētes ꝯtinicūqꝫ accipiam⁹ pua: stricta seruamus q̄si debeam⁹ eternaliter possidere: futura penit⁹ ꝯtēnentes eterna Et q̄s peius cū dñis suis guerrā faciūt diuites τ dñi diuitias τ dña mala ꝯ p̄cepta dei expendentes i dies. De qbus Luc. xvi. Mortuus est diues τ sepultus in inferno: Mortuus est Lazarus τ sepult⁹ est in sinū abrahe. ¶ Quarto vocat etiam ꝑcussione: cū. s. vocauit per inspiratione predicationem: τ bonoꝝ collationem: τ induratus obaudit tūc percussione tribulationū vocat eūdem. O pauper q heri eras diues. O angustiate in captiuitate q heri eras liber. O infirme. O tentate rñde deo vocanti: ꝓpterea Dauid dicebat in psal. Multiplicate sunt infirmitates eoꝝ postea accelerauerunt. Vidisti vnq̄ꝫ pastorem vocantem ouem. Bianchina bianchina. τ venit. Si aūt venire noluit τ ꝑ deuia currit baculo veniēs ad semitā ducit. Sic deus vocat nos ꝑ tribulationes. vñ Gre. Mala que h̄ nos p̄mut ad deū ire cōpellūt. Vidisti ꝓijcī lapides ad gal'inas: nō ad ipsam sꝫ post ipsam. Vidisti matrē filio timorē incutiētem vt ad ipsam fugiat τ inter brachia recipiat. Grego. Vbiqꝫ Luctus: vbiqꝫ mors: vbiqꝫ dolor: vbiqꝫ desolatio: τ tñ ceca mente carnalis ꝯcupiscētie dūꝫ vocātē ꝯtēnim⁹. Hec ille. O q̄ꝫ vtiles imo necessarie sūt ille extrinsece tribulatiōes Nā nos humiliāt: purgāt: τ ad deū ire cōpellūt dicēte ꝓpha. Ad dñm cū tribularer clamaui τ ex. m. he nāqꝫ ꝑcussionū aduersitates nos sctōꝝ socios faciūt vñ Aug. in quodā s̄mone ait. Si fuerimus socij passionū erim⁹ τ ꝯsolationū. Nā s̄m Ber. Nunq̄ꝫ christus a cōione sui sociū tribulatiōis excludit: qꝛ iuxta e do. h. q. t. s. co. τ. h. s. s. Ipse. n. deus est in tribulationib⁹ τ nō in vanis mūdi ꝓsperitatib⁹. di. ꝓpha. Cū ipso sū in tribulatione er. e. τ gl. eū. Sꝫ sūt nōnulli superbissimi: q⁹ pori⁹ a deo auertunt ꝑ eas. naꝫ murmurāt blasfemāt. O supbissimi homines qd murmuratis: qd deū blasfematis Audite q̄so Ber. di. Quāñcūqꝫ tribulatio deseuiat: nō putes te esse derelictuꝫ sed memineris eē scriptū. Cū ipso sū in tribulatiōe. O tribulate quare deus tepauit: vt ad ipsum redeas. Ego ingt ipse. Deut. xxxij. occi. τ. e. vi. sa. ꝑcu. τ ego sa. Quid aūt dicūt tribulationes tibi illate: nisi veni ad dñm deū tuū. Hec enī tribulationū via celi portā apit. dicēte Hie. ad egrotū. Ad vnū enī dñm vna via in christo tenēda est: q̄ in gustātib⁹ tētamēto in spatio longe securitatꝫ iducat huic seculi vie pꝫ palatiū celi. Hec ille. Quicūqꝫ. n. ꝑ hāc viā nō ducūt q̄si indigni supbia sua sinis lasciuijs relaxant. De qbus spūs sanct⁹. Et cū hoib⁹ nō flagellabūt ideo tenuit eos supbia: iō Hiero. dicto loco dicebat. Ergo felix ē q vapulat: vbi tumoris ē plaga. Beat⁹ quē supni v̄bi remediū curat: corrigit: emēdat: atqꝫ cōpōit. Hec ille. τ sic pꝫ ps scd̄a hui⁹ s̄mo.

¶ Pars tertia hui⁹ s̄mōis i q̄ tractatꝫ ō vocatione pctōꝝ s̄m euāgeliū vocatoꝝ

t

Ertio in isto s̄mone tractanduꝫ est de vocatiōe pctōꝝ vocatorū s̄m euāgeliū vbi dr̄ Ad pater familias dixit, ꝓcuratori voca operarios τ redde illis mercedē incipiēs a nouissimis vsqꝫ ad primū. Vbi inuestigādū est

Si beati in patria equaliter bñficant. qd q: in alio sermonario insta dñsica decla-rabit causa breuitatis relinquo. ¶ Sed remanet dubiū super illud. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias. Si ordo charitatis remanet in patria. Et dicit Bona. duas opiniones in iij. di. xxxi. ar. iij. q. iij. Una q̄ dicit q̄ ordo charitatis saluat in patria qui est in via nō tm̄ per comparationē ad deū: sed tm̄ p comparationē nr̄i ad pximū: vn̄ in statu siue glorie: siue vie plus hō diligit seipsum q̄ aliū: ꝛ plus circa seipsum afficit. Deinde plus circa illos q ei cōiū cti sūt q̄ circa illos q minus ei ꝯiuncti sunt q: hic ordo ꝯsonat dictamini nature: q: natura dictat q̄ hō plus se q̄ aliū diligat. Consonat etiā diuine iustitie que ordinat q̄ plus de suis meritis gaudeat hō q̄ fecit q̄ de alienis ꝛ sic patet hec via. Alia est que dicit q̄ ordo charitatis qui est respectiu⁹ nostri ad pximū nō remanebit in patria ille qui est in via. Tuz q: ibi erit pfecta ꝯformitas volūtatis nostre diuine. ꝛ ideo nō magis diligemus illud qd erit nobis magis ppinquū: sed illud qd erit plus deo placitū ꝛ acceptuz. Tum etiam q: erit perfecta affluentia cōis letitie: multiplicabit gaudium hois multiplicatione pfectiua: vt tantum gaudeat de bono pximi quantuz de suo qd nō posset esse nisi diligeret pximū sicut seipsum. Et hoc est qd dicit Ansel. in li. de ꝯso. c. vlti. In ista pfecta charitate innumerabilium angeloꝝ atq3 hoiuz beatoꝝ: vbi nullus minus aliū q̄ seipsuz diligit nō aliter gaudebit q̄sq3 pro singulis alijs q̄ seipso. Quis autem istoꝝ modorum sit rōnabilioꝛ: difficile est diffinire. Dicit predictus doc. q̄ ille sensus est ꝯsonans dictis Aug. in li. d vera religione. Et Ber. de diligendo deo: sed quomodocūq3 sit vnū est verissimū: q̄ vnusquisq3 p istos duos modos dicēdi nō inuidebit alteri: nec murmurabit de alteri⁹ bono nec odiū habebit: ꝛ hoc patet ex dictis. Sz tūc remanet dubiū. quare dicit textus. Et accipiētes murmurabāt. Rū-

det q̄ triplex est hic rn̄sio fm̄ Petrum Jobis sup hoc passū. Prima est vt totū hoc sit locutio ꝯditionalis: vt sit sensus. Qd si aliq de primis vellēt sic murmurare posset eis sicut subdit rn̄deri: vnde Chryso. dicit q̄ nō inducit hoc vt ostendat illos inuidia morsos esse: sed vt ostendat hos tanto pottos esse honore q̄ inuidiā alijs poterāt generare. Secūda est vt p totā hanc murmurationez nō designet nisi īmensa admiratio beatoꝝ sup tanta pfunditate ꝛ varietate diuersoꝝ iudicioꝝ ex qua solēt hoies prūpere in huiusmodi murmurationes. Et ideo designat p eas velut eā p suū effectū vel suū sequēs signū: p satisfactoriam do rn̄sionē signat plena reuelatio diuine bōitatis hite sup tali iudicio. Tertia rn̄sio vt p murmurātes itelligāt aliq hui⁹ vite aut quicq3 mali d p̄mio: q tn̄ spe lz nō in re iā q̄si acceperūt p̄miū. Et qn̄ vidēt posteriores sibi p̄poni vel purificari inuidēt ꝛ insaniūt etiā ꝯ deum: sicut iuxta parabolā. q̄ habet Lu. xv. Senioꝛ frater indignat⁹ est ꝯ p̄rem nolebatq3 intrare: q: iunioꝛ ita gl'iose fuerat recept⁹ a p̄re. Nō aūt mireris si hec murmuratio idistincte attribuit primis: q: mos est scripture id qd est ptis attribuere toti. Ecce ergo: q: in p̄ria nulla erit inuidia: nulla discordia Ait eni Aug. xxij. de ci. dei. c. vlti. Id ēt beata illa ciuitas magnū in se videbit bonū: q: nulli supioꝛi nullus inferioꝛ inuidebit: sicut nūc nō inuidēt archangelis angeli ceteri: tāq3 nollet eē vnusq3q3 qd nō accepit: q̄uis sit pacatissimo ꝯcordie vinculo ei q accepit obstrict⁹: q: nec i corpore vult eē ocul⁹ q est digit⁹ cū mēbrū vtrūq3 ꝯtīcat toti⁹ carnis pacata ꝯpago: sic itaq3 hēbit donū ali⁹ alio min⁹: vt h quoq3 donū habeat: nec velit ap̄li⁹. Hec ille. Audi ergo aīa q te tot vicibus vocauit: q exiuit de sūmo celo in hunc mundū vt te in paradisū suum ꝯduceret vbi cū patre ꝛ spiritu sancto vi. ꝛ regnat in secula seculoꝝ Amen.

¶ Dn̄ica i sexagesima de misericordia dei nos ad pniaz iducēte. Sermo. 34.

Ec dicens

clamabat: Qui hꝫ au/
res audiendi audiat.
Scribuntur hec verba
Luc. viij. ⁊ in euãgel.
occurrent dñice. Qui
cũ deo non est ⁊ ab eo ꝑ suã culpã disce/
dit currit velocissimo cursu ad tetras ⁊
horribiles regiões infernoꝝ. Sed deꝰ
pius ⁊ bonus ꝓpter suã imensam boni
tatem in tot puersitatibus ꝓm nõ dere
linquit. Idcirco frẽs carissimi postq̃ tot
⁊ tãta de pnĩa in gnãli dicta sunt. Restat
vt aliq̃ d dei misericordia pctõres ad pe
nitẽtiam ꝓuocante breuiter pstringamꝰ
Nam in euãgelio hodierno ponit salua
tor noster parabolã de semie. i. ṽbo dei
qđ seminat ꝑncipalr ad ꝓuocãdũ pctõ/
res ad pniam: qꝛ sicut semẽ cadit in plu
ribꝰ locis: ita ⁊ dei ṽbum in pluribꝰ mẽ
tibus. Aliud. n. cecidit secus viã in cor/
da vana ⁊ curiosa ⁊ cõcu. est ⁊ vo. ce.
co. illud. Aliud cecidit iter spinas. i. diui
tias ⁊ mũdi sollicitudines: ⁊ simul exorte
spine suffocauerũt illud. Aliud cecidit su
per petrã. i. corda pctõꝝ dura ⁊ lapidea
⁊ iõ naum aruit: qꝛ nõ habebat humo
rem. Aliud cecidit in terraꝫ bonã id est
corda deuota ⁊ bene ꝑparata: ⁊ facit fru
ctum cẽtuplũ maxime ꝯtritiõis ⁊ pnĩe.
vñ hec dicẽs clamabat. Qui hꝫ aures
audiẽdi audiat. s. hoc ṽbum dei vñ orit
ꝯtritio ⁊ pnĩa: ex q̃ seqtur ⁊ impetrat dei
mĩa: vñ deuotus. Ber. ait. Verbum dei
benigne audiẽdũ: deuote suscipiẽdũ sol
licite ꝯseruãdum qcqd ad aiaꝝ salutem
ꝑtinet: ⁊ nõ sicut de ṽbo hoium sed sic̃
vere ṽbũ dei: siue illud sit cõsolatoriũ:
siue cõminatoriũ: siue ẽt icrepatoriũ au
diat. Hec ille. De q̃ dei mĩa in isto ſmo
ne tria tñ ãnotabimꝰ alia ṽo in aliã dñi
cã differemꝰ. quoꝝ Primũ dr̃. Cõuer
siõis facilitas. Scđꝫ ṽo remissiõis vni
uersitas. Tertiũ aũt generis grauitas.

¶ Pars pma huiꝰ sermonis in q̃ de/
claratur q̃ꝫ facile sit vnicuiqꝫ ad deũ cõ
uerti.

P Rimo in isto ſmone declaran
duꝫ est q̃ꝫ facile sit vnicuiqꝫ pec/
catori ad deũ ꝯuerti: qꝛ vt in ꝑ/
cedẽti ſmone habitũ est. Deꝰ oẽs gnãli
ter vocat ⁊ ad salutẽ reducit: ⁊ ex euãge/
lio hodierno in mentibꝰ hoium ṽbum
dei seminat: vt hoc idẽ efficiat. Ex parte
aũt nr̃a est facultas liberi arbitrij ad cõ
sentiendũ ꝑdicte vocatiõi. Ecce ergo q̃ꝫ
facilis est cõuersio nr̃a. ¶ Nõ vt clari
us disserat mouet quoddã singulare du
biũ. Si solũ creatura rõnalis habeat do
miniũ liberi arbitrij: q̃ qdem qđ oritur
ex rõnibus sibi iuicẽ opponẽtibꝰ. Nam
videt q̃ ẽt aialia bruta habeãt libeꝝ ar/
bitriũ ꝓbatur sic tribꝰ rõnibus. Illa po
tentia libera dr̃ esse cuius est eligere bo/
num ⁊ fugere malũ: Sed hãc potẽtiã vi
demus esse in brutis: sicut pꝫ in oue q̃
fugit lupum ⁊ querit pastorẽ. Preterea
illa potẽtia libera est ꝑcipue cuiꝰ est gere
re ꝓuidentiã nõ solum circa ꝑsentia: ſꝫ
ẽt circa futura sed talis est in brutis: sicut
pꝫ in formicis ⁊ alijs aialibus: ergo ⁊c.
Sed ꝯ hoc opponit tribꝰ alijs rõnibus
Primo ꝑ locũ ab auctoritate Aug. di.
libeꝝ arbitriũ est facultas rõnis ⁊ volũ
tatis: sed in nullo est facultas rõnis in q̃
nõ sit ip̃a rõ: ⁊ hoc est in solis rõnabili
bus: ergo in ipsis solũ est donuꝫ liberi
arbitrij. Preterea oẽ qđ hꝫ libeꝝ arbi/
triuꝫ est laudabile ⁊ vituperabile: sed so
la rõnabilia sunt digna laude ⁊ vitupe/
rio: pena: ⁊ pmio: ergo ⁊c. Preterea oẽ
qđ hꝫ libeꝝ arbitrium est aptum consi/
liari ⁊ deliberare: sed hoc est solius rõ/
nalis creature: ergo ⁊c. ¶ Ad hoc du/
bium rñdet ſm Bona. in. ij. di. xxv. ar.
i. ⁊ in. q. i. ꝯcludẽs donũ liberi arbi. solũ
in rõnabilibꝰ absqꝫ dubio reperiri. Et
rõ huiꝰ sumit ex duobꝰ. Tuꝫ ex pte liber
tatis: tuꝫ ex parte arbitrationis. Ex pte li/
bertatis dr̃ sola illa potentia esse libera q̃
dñium hꝫ plenum tam respectu obiecti
q̃ꝫ respectu actus ꝓprij. Illa potẽtia dñi
um hꝫ respectu obiecti que nõ est arcta
ta ad aliqđ genꝰ appetibile. i. ad appetẽ/
dum magis istam q̃ꝫ illã rem: sed nata
est oĩa

liberi arbitrij

est oīa appetibilia appetere ⁊ oīa fugien
da fugere: qđ sola creatura rōnalis face
re pōt. Nā tria sūt genera bonoꝝ q̄ ap-
petant quoꝝ opposita fugiunt videlicet
honestū: vtile ⁊ delectabile sed solū vtile
⁊ delectabile pñt appeti ab irrōnabilib⁹
ſʒ bonū honestū appeti pōt a solis rōna
bilib⁹ ⁊ iđ in eis solū reperit virtus q̄ nō
est ad aliqđ gen⁹ appetibile apta: ac ꝑ h
habēs libertatē respectu obiecti. Ex ꝑte
aūt actus ꝓprij in solis rōnabilib⁹ repe
rit libertas arbitrij. Nā volūtas in eis n̄
solū cōpescit manū exteriorē vel pedeꝫ
sed ēt ꝯpescit seipsaꝫ ⁊ refrenat: incipiēs
odire frequēter qđ pri⁹ diligebat: ⁊ hoc
ex dñio sui ipsius ⁊ imꝑio. In brutis aūt
⁊ si aliquo mō sit repire dñiuꝫ respectu
actus exterioris qñ illuꝫ refrenat: aliqñ
tñ respectu act⁹ interioris videlicet appe
titus dñiuꝫ nō est: q2 id qđ amant n̄ pñt
nō amare licet timore alicui⁹ rei arceant
Et iđ dicit damasce. q2 magis agunt q̄
agant: vñ act⁹ interior creature rōnalis
cōpesci nō pōt. Cui⁹ rei exēplū habetur
de Scđo pħo. Qđ cū paruul⁹ esset mis
sus a ꝓgenitorib⁹ ad discēdū ⁊ cū in scho
lis esset mortu⁹ est pr̄ eius. Audiuit aūt
i scholis hoc v̄biū ꝙ oīs mulier fornica
trix esset ⁊ ipudica. Tandē post multos
annos in forma peregrini venit ad do-
mū patris ignotis oībus: q2 barbā ⁊ ca
pillos ꝓlixius nutrierat volēs ꝓbare qđ
in scholis audierat de mulierib⁹: voca-
uit vnā de ancillis ꝓmisit ei decē aure-
os si ꝑsuaderet vitiū matri. Nocte autē
sequēti secū dormiēs tanq̄ cū mr̄e nihil
inhonesti egit. Mane autem cum vel
let egredi ⁊ discedere: illa apprehendēs
eum ait: Ut me tentares h fecisti? Ne-
quaq̄ dñā mater. Nō eni dignū ē ma
culare vas istud vnde exiui. Illa sciscitā
te q̄s eēt Respōdit: Ego sū Secūd⁹ fili
us tu⁹: q̄ ex cōfusione hoc audito stati
mortua ē. Secūd⁹ aūt sciēs ꝙ ꝑ loque-
lā suā mors matri cōtigisset hāc i se i po
sterū exegit penā ne ūpli⁹ loqueret: ⁊ sic
vsq̄ ad morteꝫ taciturnitatē seruauit: i-
mo nec ꝑ Hadrianū iperatorē q tūc tē-
poris venit athenas potuit violari vsq̄
ad decollatiōeꝫ ponēs caput potiu sq̄ lo
qui. Tūc Hadrian⁹ admirat⁹ philoso-
phi cōstātiaꝫ ait illi. Quia lex silētij quaꝫ
tibi ꝓposuisti nullo modo solui pōt su-
me tabulā ⁊ saltē manu tua loquer. Qui
scripsit i hūc modū. Ego q̄dē Hadriāe
nō te timeo: sed q2 ꝑnceps hui⁹ tēporis
videris existere: me quidē occidere po-
tes: ſʒ vocis mee ꝓ ferēde nulla tibi pote
stas ē Ex quo patet ꝓpositū. ¶ Ex ꝑte
aūt arbitratiōis eadē ratio sumit. Arbi
triū enim idē ē qđ iudiciū: ad cui⁹ nutū
cetere virtutes mouent ⁊ obediūt. Iudi
care aūt illi⁹ ē ſm rationē cōpletā cuius
est discernere iter iustū ⁊ iiustū ⁊ iter ꝓ-
priū ⁊ alienū: Nulla auteꝫ potētia nouit
quid iustū ⁊ q̄d iiustū nisi illa sola q̄ est
ꝑnceps rationis: ⁊ nata ē cognoscere sū
mā iusticiā a qua est regula oīs iuris: h
autē solā ē in ea substātia que ē ad imagi
nem dei: qualis ē tñ potētia rationalis.
Nulla etiā potētia discernit q̄d ꝓpriū vł
quid alienū nisi cognoscat sepsā vel su-
per sepsā reflectat: ſʒ nunq̄ aliqua potē
tia seipsaꝫ cognoscit vel suꝑ seipsaꝫ refle
ctit nisi potētia rationalis. Et iđ ipa sola
ē i qua plenū iudiciū ⁊ arbitriū i discer
nēdo quid iustū ⁊ quid iiustū quid ꝓpri
uꝫ ⁊ quid alienū. Tā igit rōne libertatis
q̄ rōne arbitratiōis ꝓbatr̄ solis rōnabi
lib⁹ liberū arbitriū reperiri. Dicas ergo
ad argumētū in oppositū primo ꝙ licꝫ
bruta ꝑeligāt bonū: hoc est verū de bo
no vtili ⁊ delectabili: sed nō de bono ho
nesto respectu cui⁹ ꝓprie liberꝝ arbitriū
ꝯsistit. Ad aliđ similit qđ obijcit ꝙ bru
ta possunt ad opposita moueri. R. ꝙ nō
possunt moueri i oīa opposita: ſʒ solū in
ista q̄ sūt īfra liberi arbitrij dignitatē. Ad
tertiū qñ dicebat ꝙ bruta hñt ꝓuidētiā
ēt d̄ futuris: dicas ꝙ duplex ē ꝓuidētia
Quedā q̄ ꝓuenit ex actu d̄liberationis
⁊ ꝑcogitatiōis: ⁊ q̄dā ex istinctu natura
li. Prima est libertatis arbitrij: ⁊ repit
i sol' rōnabilib⁹. Secūda v̄o ē naturalis
sagacitatis ⁊ idustrie: ⁊ hec reperit i bru
tis. ſʒ talis nō ponit liberꝝ arbitriū. Et sic

pꝫ ista qꝺ būn declarata ⁊ dilucidata. Re
uertere ergo aīa mea qꝛ tu hēs libertatē
liberi arbitrij: facultatē volūtatis q̄ ē in
manu tua. quā libertatē nulla potētia n/
bi pōt auferre. Nō aīalia ferocissima. nō
hoīes potētes: nō demones infernales
nō angeli celestiales. nō ipa dei potētia oꝛ
diata. Cur ergo nō reuerteris. Quis te
tꝫ: nō certe aliud nisi tua ferrea volūtas.
Nā liba es. reuerti potes si vis. Deus te
vocat. Neqꝫ eni violēt̄ vult te deꝰ saluar̄
sꝫ vt magis lauderis vt sublimiꝰ glieris:
dedit tibi hāc libtatē vt bonū facere pos
sis ⁊ malū. ¶ Probāt oīa ista p auctes
euidētissimas ⁊ exēpla clara. Nā ps ait.
Aīa mea ī manibꝰ meis sp. Et Sap. Ec
clia. xv. Deꝰ abinitio cōstituit hoīez ⁊c.
Et Aug. i. v. ꝺ ciui. dei. c. x. Sūt igit̄ nr̄e
volūtates: ⁊ ipe faciūt qcqd volēdo fa/
cimꝰ: qꝺ nō fieret si nollemꝰ. Quicqd āt
alioꝝ hoīuz volūtate nolēs qsqꝫ patitur
etiā si volūtas valet: ⁊ si nō illius: tn̄ oīs
volūtas sed ptās dei. Et Hiero. in qōni
ad Elbidiā. Deus eni equali cūctos foꝛ
te gnāuit: ⁊ dedit arbitrij volūtatē vt fa/
ciat vnusqsqꝫ qꝺ vult siue bonū siue ma
lū. Itē ibidē. Oēs suo arbitrio derelicti
sūt. Neqꝫ eni bonū necessitate faciūt sed
voluntate: vt credētes coronā accipiant
⁊ icreduli supplicijs mācipētur. hec ille
Hec ꝯfirmat Aug. ēt. xxiij. q. iiij. c. Na/
buchodonosoꝛ. ⁊ c. vasis ire. ꝺ. Nunq̄
redderet deus interitū nisi spōtaneū in
uēiret hō hr̄e petm̄. Itē ibidē. xv. q. i. c.
illa dicit. Iō etiā in iudicijo huiꝰ mūdi
volūtate reos: non necessitate cōpulsos
culpa ꝯstringit: pena cōdēnat. Et ꝺ pe.
di. ij. c. si eniz dr̄ liberi arbitrij nos cōdi
dit deus: nec ad ꝟtutes: nec ad ad vitia
necessitate trahimur. Aliogn vbi neces/
sitas: nec corona. neqꝫ eni peccatuz dici
potest nisi volūtariū. vt. viij. q. i. c. sciēdū
xv. q. i. c. illa. xv. q. vi. c. i. xxij. q. iiij. iter ce
tera. xxiij. q. v. de occidendis. Nec aliqs
debet remunerari de eo qꝺ inuitꝰ facit:
vt. xiij. q. ij. q̄ppostertū. xx. q. i. illꝺ. xxxij.
.q. i. ille. Et sic pꝫ p auctēs euidētissimas
ꝙ salꝰ nr̄a ex nr̄o bono libero arbitrio
ꝓcedit. ¶ Exēpla habes de latronibus
existētibus in cruce: vnꝰ blasfemauit ⁊
dānatus fuit. Alter ꝟo saluꝰ factꝰ est: qꝛ
se humiliauit. Cognouit se esse pctōꝛem
vn̄ hoc ꝓcessit nisi qꝛ vnꝰ voluit se salua
re alter nō? Ergo confitearis aīa mea ⁊
ad dn̄z deū tuū reuertaris: qꝛ si vis po/
tes te saluare. Exēplū hēs Petri ⁊ Iu/
de: ambo discipuli Christi erāt: ⁊ ambo
peccauerūt. Quid est ergo ꝙ Iudas dā
natꝰ est ⁊ Petrus saluꝰ factꝰ est? ꝙ si di
cas ꝙ fuit ꝑꝑ magnuz peccatū qꝺ ꝑpe/
trauit. Absit: imo potuisset se saluare si
voluisset: vt habes de pen. distin. i. c. his
peccātibus. vbi dr̄. arbitroꝛ eni ꝙ etiam
iudas potuisset tāta miseratiōe deū nō
excludi a venia si pn̄iaz nō apud iudeos
sꝫ apud Christū egisset: qꝛ nemo potest
bn̄ agere pn̄iam nisi qs sperauerit idul/
gētiā. de pe. di. i. c. nemo. Nā iudas peni
tuit sꝫ male: qꝛ laqueo se suspēdit. de pe.
di. iij. c. iudas. ⁊ c. nihil. ⁊ c. sceleratioꝛ: ꝺ
quo etiā hr̄. i. q. i. q studet. xxiij. q. v. si nō
licet. ⁊ c. tu. dixisti. ⁊ Math. xxvij. Pe/
trus ꝟo ter Christū negauit ⁊ cū sacroꝛ
sꝫ penituit: ⁊ bn̄ in dei misericordia spe/
rans saluꝰ fuit: qꝛ Christꝰ respiciēs Pe
trū ac coꝛ eius dixit. Nescis Petre qꝛ
laui tibi pedes? qꝛ accepi te in discipulū
⁊ negasti me? obliuisceris petre qn̄ dixi
tibi amas me. Qūo amas me si mene
gasti? Et nūc fleuit amare ⁊c. Preterea
hēs exēplū Nabuchodonosoꝛ ⁊ Pha/
raōis Dan. iiij. ⁊ Exo. vij. trāsūptiue ꝟo
xxiij. q. iiij. i. c. Nabuchodonosoꝛ Nabu
chodonosoꝛ pn̄iam meruit fructuosam.
Nōne post innumeras ipietates flagella
tus penituit ⁊ regnū qꝺ ꝑdiderat rursus
accepit Pharao autē ipsis flagellis du
rioꝛ est effectꝰ ⁊ perijt. Nūc mihi ratio/
nē reddat q nimiū diuinū cōsiliuz alto
⁊ sapiēti corde diiudicat cur medicamē
tum vnꝰ medici ꝯfectū alij ad interitū
alij valuerit ad salutē: nisi quia Christi
bonus odoꝛ alijs est odoꝛ vite in vitaz
alijs est odor mortis in mortē. Quantū
ad naturā ambo hoīes erāt: q̄tuz ad di
gnitatem ambo reges: q̄tū ad causam
ambo

ambo populum dei captiuuz possidebāt ꝙtum ad penam ambo flagellio clemē ter admoniti. Quid ergo fines eoꝝ fecit esse diuersos nisi q: vnus manū dei sentiens in recōciliatiōe ꝓpriꝫ iniqtatis ingemuit. alter libero ꝯ dei misericordissimā pietatē pugnauit arbitrio: Hec ille. Idē Augu. in li. de salutarib⁹ documētis ait. Nulli laici: nulli clerici: nulle virgines: nulle vidue debēt negligere salutē aiarū suarū: dū tantū preciū sanguinis ꝓ nobis fusū esse manifestū est: ideo oēs q relicti sum⁹ sup terrā petā nr̄a agno scam⁹: ne cū impijs peream⁹ dū cito digna satisfactione nō placam⁹ deū ꝙ velociter placauit irā ei⁹ q dixit: Peccaui meū. c. ꝛ in. vi. nie. nō am. dū ꝓnūciabo ad. m. in. m. ꝛ tu re. in. m. parat⁹ est semper deus petā nr̄a idulgere si nō tardauerimus ad eū reuerti. ¶ Restat nunc declarandū tibi. O. aia curiosa ꝙ benigne tecū agit deus: vt exire valeas de tenebris delictoꝝ tuoꝝ. Angeli te expectant: sancti pro te intercedunt: orat pro te sācta mater ecclia. Et dn̄s Jesus xp̄o vulnerat⁹ in cruce ad te clamat. Re. et ego sum tecū. O. ꝓfunduz mīe dei. O pelagus pietatis eius. O ꝙ inextimabilis bonitas creatoris. q: in pūcto in momento: in ictu oculi saluat pctōres. Stetit homo tanto tpe in tāta copia pctōꝝ reuertat ad cor suū dolēs de peccat: proponēsqꝫ de cetero: nolle ampli⁹ ea sequi statim indulget sibi deus: statim suscipit Ecce ergo quāta facilitas ad inueniēdū misericordiā dei. Et qs est qui possit dicere in hoc mūdo. Non possū penitere Quid eni facili⁹ hoi ꝙ mutare volūtatem. Reuertere ergo ꝛc. Et sic pꝫ prima pars huius sermonis.

¶ Pars secūda huius sermōis i qua ostenditur ꝙ deus vniuersa pctā tam ꝛ si grauia remittit.

S Ecūdo in isto sermōe occurrit aliud considerandū qd̾ dicitur. Remissiōis vniuersalitas. Nā possēt multi dubitare: ꝙ lꝫ sit infinita benignitas ꝛ pietas dei: debet tamen intelligi ꝙ illa se ad peccata extendant leuia non ad grauia: quia illa non parcit. Qui quidē error que ambiguitas tollit: quādo dicit fornicata es. i. grauia peccata ꝛ maxia cōmisisti: tamen re. ad me ꝛc. Quāuis eni peccatū mortale infinitū sit q: ꝯ infinitū obiectū: ꝛ tā graue ꝙ nihil pōt ei cōꝑari: verūtn̄ si fieri possit vt iterū grauitas eius augeret in infinitum ꝛ iterū atqꝫ iterū in infinitū milies ꝛ de illo pctōr faceret pniaꝫ adhuc parceret sibi deus cuius misericordia copiosior est in bono ꝙ quodcūqꝫ peccatuꝫ in malo. ꝙ si de peccato in spū itū sanctū dubitat quia vniuersaliter dr̄ irremissibile. Nam Math. xii. dicitur: Qui peccauerit in spiritū sanctū nō remittet ei: neqꝫ in hoc seclo neqꝫ in futuro. vnde Augu. de fide ad Petrū ait: Qui peccat in spiritum sanctū non habet hic nec in futuro remissionem peccatorum Noli desperare anima mea: sed reuertere: quia non vnum tantū peccatū in spiritū sanctū: sed mille remittunt ꝑ verā penitentiam. ¶ Ad quoꝝ declarationē notādū fm Alex. de al. in secūda parte sūme: ꝙ pctm̄ i spūꝫ sctm̄ Vno mō ē remissibile alio mō irremissibile pctm̄. n. fꝫ eūdē i tertia parte in tractatu de incarnatione tripliciter dicitur remissibile: negatiue ꝛ priuatiue. ꝛ cōtrarie. Negatiue est quod nullo modo potest remitti. ꝛ isto modo est irremissibile peccatuꝫ luciferi ꝛ aliorū dānatorum. Priuatiue dicitur irremissibile quod non habet aliquid dignum vt remittatur. ꝛ sic omne peccatum est irremissibile: quia nullum mortale habet aliquid quod sit dignum remissiōe. Contrarie. dicitur irremissibile quia habet contrariam dispositionē ad remittendū sine qua nullo modo potest remitti ꝛ ista sunt irremissibilia in spiritum sanctum. Que sunt sex: fm ꝙ ait Augu. de fide ad Petrum. videlicꝫ desperatio: que est qn̄ post multa peccata commissa peccator dicit: volo facere de malo peius ꝑmittēs se ruere de pctō in peccatū. Secūda est presumptio qn̄ co-

gnoscis q̄ male agis: tñ ꝑseueras in pec
cato. Tertia est obstinatio quādo omne
studiū cū malicia ponit in male agēdo.
Quarta est inuidētia fraterne gratie: qñ
ꝓximus inuidet habēti grām dei. Quī
ta est negatio agnite ꝟitatis: qñ pecca·
tor agnoscit veritatem: ⁊ tñ ꝯdicit sicut
faciūt dicētes q̄ ꝑdicatores nō sunt ve/
ri. Sexta ⁊ vltima est finalis impeniten
tia: qñ peccator est obstinatus vsq̄ ad
mortē ⁊ non vult penitere. Q: igitur ista
sunt sub dispōnibus ꝯrijs ad ꝯremissio/
nem: ideo dicunt irremissibilia. Ad hoc
enim q̄ de⁹ dimittat desperatōem opor
tet vt habeat spes: ⁊ sic de alijs. Remis/
sibile ꝟo est pctm̄ in spūm sanctū. Tum
rōne diuine potentie remittētis. tum q:
homo pōt penitere de illo. Sed vt ista
clarius intelligant. Aduertēdum est ꝟm
Bonauē. in. ij. di. xliij. ar. ij. q. ij. Cum sit
q̄ omne pctm̄ in spūm sanctū vel est i/
pnia vel habet impniam ānexam dupli
citer dr̄ irremissibile. Uno mō vt dicat ir/
remissibile. i. ipossibile ad remittēdum.
Alio modo incōsuetū remitti. i. difficile
ꝓpter dispositionē ꝯriam. Ad quorum
declarationē notandum est: q̄ impnia
duob⁹ modis dr̄. Uno modo ꝓpositum
non penitēdi. Alio modo cōtinua pma
nentia in malo vsq̄ ad diē extremū in/
clusiue. ⁊ ꝟm istum modū peccatum in
spūm sanctū qđ claudit i se impniam du
pliciter pōt itelligi. Uno mō ꝓut claudit
in se impniam q̄ qdem est finalis ꝑsistē
tia in malo: ⁊ sic dicit irremissibile quia
nullatenus pōt remitti: q: nō cadit sub
pnia: separata. n. aia a corꝑe nō est am/
plius locus pnie. Alio mō dr̄ pctm̄ i spi
ritū sanctū ꝓut claudit in se impniam. i.
ꝓpositum ipenitēdi: hoc mō dr̄ irremis
sibile. i. incōsuetū remitti: nō tñ q̄ sit ir/
remissibile: q: tale ꝓpositū mutari pōt:
⁊ sic cadit sub pnia. Reuertere ergo aia
mea: ⁊c. nec ꝓpter magnitudinē pecca
torum tuorum velis desperare: q: maior ē mi
sericordia dei q̄ peccata tua. Nā si po/
natur aliquē nunq̄ egisse bonum q̄ di/
sponat se velle dānari ⁊ facere oia mala
⁊ hodie cognoscat se male fecisse: dicat
q̄ culpā suam: veniā petat: nunq̄ qđ idul
gebit sibi de⁹ ꝯimo. Qđ cōfirmat Chri
so. de pe. di. iij. c. talis. di. Talis mihi cre
de erga hoies pietas est dei q̄ nunq̄ sp/
nit pniam si ei sincere ac simpliciter of/
ferat: ⁊ si qs ad summū ꝑueniat malorum:
⁊ inde tñ velit reuerti ad ꝟtutis viam: su
scipit libenter: amplectitur: ⁊ facit oia q̄
tenus ad ꝑorem reuocet statum. hec ibi.
¶ De hoc exēplum habet valde notādū
in legēda sancti Basilij vbi sic narrat:
q̄ erat vir qdam venerabilis noie Era
clius: filiam vnicā habēs quā dño con/
secrare disponebat: sed diabolus vnum
de ꝟuis Eraclij in amorē puelle inflam/
mauit q ad maleficū accessit: quē cum
q̄dam epistola ad diabolū malefic⁹ mi
sit: ⁊ sup sepulturā gentilis cuiusdam ď
nocte stare iussit ⁊c. Uenit diabolus: ⁊ tā
dem iuuenis renunciauit xp̄o ⁊ baptis/
mo: ⁊ diabolus incitauit aīum puelle in
amorē iuuenis: ita q̄ accepit eā in vxorē
Et cum nunq̄ iuuenis ingrederet eccle/
siam puella hoc scire voluit: ⁊ sciuit: q:
se dederat diabolo: ⁊ puella ad sanctum
Basiliū accessit q interrogauit iuuenem
si ad dñm vellet redire: q dixit vellē sed
non possum: q: pp quādā ꝓmissionē ⁊c.
Et signauit eū signo crucis reposuitq̄ i
clausuram: q audiebat voces demonū:
visitauit eum ter Basilius: ⁊ tādē ducēs
eum ad ecclīam p manū. Ecce diabolus
venit ad eū: ⁊ accipiēs eū cōabat ď ma
nu sācti Ba. euellere: ⁊ dixit diabolus:
Preiudicas mihi Ba. Ecce scriptū de
manu sua qđ mihi fecit. Tūc oēs q ade
rant dixerūt kyri. Et Basi. dixit ad dia/
bolum: Nō cessabim⁹ orare donec red/
das scriptum: ⁊ orāte Ba. ⁊ tēdente i ce
lum man⁹ ecce charta p aerem delatā
⁊ ab oibus visa venit: ⁊ imposita est ma
nibus Ba. quā ille suscipiens dixit iuue
ni: Cognoscis has litteras frater? Et ille
mee sunt dñe. ⁊ frāgēs Ba. scriptū pdu/
xit eū ad ecclīam: ⁊ dignum fecit sancto
mysterio: ⁊ bñ istruēs ⁊ regulā sibi dās
reddidit mulieri. ⁊ remissionē accepit tā
ti sceleris

ti sceleris. Cõfirmant ista p quãdã glo. sup illo ṽbo. Geñ. iiij. Maior est iniq̃tas mea ⁊c. di. Mẽtiris chaym: qz maior ẽ mĩsicordia dei q̃ oiuz hoiuz miseria. ⁊ p Aug. in li. de spũ ⁊ aĩa. c. iij. Nemo de dei pietate diffidat qm̃ maior est ei⁹ mĩa q̃ nr̃a miseria. Et q̃sq̃s ad deũ toto corde clamauerit exaudiet illũ: q̃a misericors est. Tardius siqdez videt̃ ei peccatori veniã dare: q̃ ipsi peccatori accipere: sic .n. festiat absoluere eũ a tormẽto cõscientie sue: q̃si plus eruciat eũ passio mĩsi q̃ ipm̃ miseruz passio sui. h ille Et sic pz pars scd̃a huius ṽmonis.

¶ Pars tertia hui⁹ ṽmonis in q̃ ondit̃ur quomodo dei mĩa se extendit ad oẽ genus aggrauans peccatum.

Tertio in isto ṽmõe circa dei misericordiã aliud declarãdũ occurrit qḋ dr̃ generis grauitas: qz. s. dei mĩsicordia extendit se ad oẽ genus aggrauãs pctm̃: siue sit genus numeri siue tp̃is. ¶ Primo extẽdit se ad genus numeri. Nam si vn⁹ fecisset tot milia peccatoꝝ quot sunt in celo stelle: gutte in mari frondes in arboribus ⁊c. vellet tñ reuerti libẽter eũ suscipiet: ppea dicit. eũ amatorib⁹ multis. i. multis gñib⁹ peccatoꝝ: tñ reuertere: qz suscipiã te. vñ Luce. vij. de Magdalẽa dr̃. Remittũtur ei pctã multa qz dilexit multũ. nõ .n. spreuit eã pp multitudinẽ peccatoꝝ: sed respexit dolorẽ cordis ⁊ dimisit ei pctã: imo q̃tũ supabundauit pctm̃: supabundauit ⁊ grã vt dr̃ ad Ro. v. qḋ sic intelligas supabũdare grãm: si pro pctõ commisso abundat dolor ⁊ ꝯtritio: vñ dantes in. iij. c. purgatorij. ait Horribel forno li pcti mei. Ma la bonta infinita ha si gran bragia. Chi prẽde cio che si riuolse a lei. ¶ Scd̃o extẽdit se ad gen⁹ tp̃is qz si possibile esset q̃ aliq̃s haberet annos Matusalem: q fuerũt. 969. vt hẽtur Geñ. iij. ⁊ sp offendisset deũ: ⁊ nũq̃ fecisset aliqd boni: ⁊ in puncto vellet reuerti: ⁊ pẽitere: de⁹ remitteret ei: vt i multis exẽplis sacre scripture apparet. Naz legit̃ in legẽda sci Andree q̃ qdã senex nole Nicholaus iuit ad btm̃ Andream di. Ecce. lxx. ãni vite mee: in qb⁹ luxurie deseruiui ⁊c. In legẽda ẽt de scã Maria egyptiaca legit̃ q̃. xvij. ãnis libidini publice deseruiuit: ⁊ tñ reuersi suscepti fuerũt ad misericordiam. Re. ergo aĩa mea qz ⁊ si vsq̃ ad horã mortis malũ fecisses: ⁊ añ mortẽ reuersa fueris p veraz ꝯtritõem: de⁹ tibi pcet ⁊ libẽter suscipiet vñ Ietero. ad Paulinã de morte Blesille ait. Cũ sanctũ corpusculuz febrium ardor excoqueret ⁊ semianime in lectulo vallaret circulus ppinquoꝝ. Hec in extremis ṽba mãdabat. s. Blesilla que erat. xij. ãnoꝝ. Orate dñm Jesum vt mihi ignoscat: qz iplere nõ potui qḋ volebã. Secura esto O mi Blesilla. Cõfidimus pbãtes ṽa q̃ dicim⁹: Nũq̃ est sera cõuersio: vox hec p̃mũ dedicata est i latrone: Amẽ dico tibi hodie mecũ eris in paradiso. hec ibi. Idẽ ad Damasum papã: Christus in paradiso de cruce latronẽ tulit: ⁊ ne q̃s aliquãdo serã ꝯuersionẽ putaret. Fecit homicidij penã martiriũ. in. c. quoq̃ agnouimus. xxvi. q. vi. Celestinus papa ait: Perdidisset vniq̃ latro in cruce p̃miũ ad Christi dexteraz pẽdẽs: si illũ hore vni⁹ pnĩa nõ iuuasset. Cum venit in pena penituit: ⁊ p vnius ꝯfessione ṽmonis habitaculũ paradisi eo pmittẽte pmeruit. Uera ergo ad deũ cõuersio in vltimis positoꝝ mente potius est extimãda q̃ tp̃e: ꝓpheta hoc taliter asserente. Cũ ꝯuersus fueris ⁊ ingemueris: tunc saluus eris in p̃ñti grãm acgrẽdo ⁊ gliam in futuro in secula seculorum: Amen.

¶ Dñica in q̃nquagesima. Itez de misericordia dei que nos ad pniam adducit. Sermo in ordie. xxxv.

Jli dauid miserere mei. Scribũtur hec verba Luce. xviij. ⁊ i euãgelio occurren. domi. Ex euangelio p̃nti frẽs carissimi di

misericordia euidenter ostendit: quia .s. Christus mortuus est et passus in remissionem peccatorum. Unde scribit quod assumpsit Iesus xij. et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur etc. Ait enim Aug. in sermone .xviij. de quadragesima et ieiunio. Quae maior esse misericordia super miseros peccatores potuit quam illa quae celi creatorem de celo deposuit: et terreno corpore terre induit conditorem: et qui in eternitate patris manet equalis mortalibus coequauit et formam serui mundi domino imposuit: vt ipse panis esuriret saturitas sitiret: virtus infirmaretur. sanitas vulneraretur vita moreretur. Hoc autem ideo vt nostra pasceretur fames et rigaretur ariditas. consolaretur infirmitas: extingueretur iniquitas ardesceret charitas. Quae maior misericordia quam creari creatorem: seruire dominatorem: vendi redemptorem humiliari exaltatorem: occidi suscitatorem. Hec ille. Quam misericordiam intelligens cecus qui sedebat secus viam mendicans. vt habetur in euangelio: audiens quod Iesus transiret clamauit dicens Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui preibant increpabant eum vt taceret: ipse vero multo magis clamabat verba proposita: Fili Dauid miserere mei. De cuius misericordia in presenti dominica tria alia occurrunt consideranda: Quorum Primum dicitur diuine misericordie probatio. Secundum autem diuine misericordie festinatio. Tertium autem diuine misericordie improperium abhominatio.

¶ Paro prima huius sermonis in qua probatur per sacras scripturas magnam esse dei misericordiam.

P Rimo igitur in isto sermone. quia in superiori dictum est. Quod faciliter peccatores reuerti: nec deus respiciet intensitatem multiplicem et durationem peccatorum: sed libenter miseretur et parcit: hoc vt clarius videatur et apertius demonstretur euidenter per scripturas sacras demonstrabimus: quod plus et misericors est deus peccatoribus penitentibus quod maxime in euangelio occurrit declaratum. sicut patere potest intuenti. Quod si oppositum diceret sic: Sis bona diffinitio de bet competere diffinito: et cuilibet contento sub diffinito secundum autem Damascen. li. ij. Misericordia est tristitia in alienis malis: sed in deo nulla est tristitia: ergo nec misericordia. Ad hoc respondet secundum plures theologos s. Ri. et Sco. in iiij. di. xlvi. Et Bonaventura dem arti. ij. q. i. et. Alex. in prima parte summe in tractatu de misericordia dei. Et Tho. in prima parte q. xxij. arti. iij. Quod misericordia dicit effluxum bonitatis in alterum secundum merita vel supra merita: et eum qui effluit compassionem vel debitum. Primum quidem nobilitatis est. Secundum vero imperfectionis. Et quia omne quod nobilitatis est deo attribuendum est. Quod vero imperfectionis non. Ideo est in deo misericordia quantum ad primum: non autem quantum ad secundum. Nam nostra duo importat vnum tamen eentiale: alterum tamen accidentale. Primum est promptitudo voluntatis ad subueniendum miseriis in quo est tota eentia vtriusque misericordie. Secundum est passio tristicie: que oritur in appetitu sensitiuo ex cognitione miserie alterius. Quantum ad primum summa misericordia est in deo quantum vero ad secundum nequaquam. Et sic potest intelligi diffinitio Damas. ¶ Ex premissis ergo colligitur quod in deo est misericordia secundum effectum non secundum passibilitatis defectum propterea inquit Ansel. li. Monologion. ad deum. Misericors es quia miseros saluas et peccatoribus parcis: misericors non es: quia nulla miserie nostre compassione afficeris. Que quidem misericordia talis tanta est vt per ipsam pena damnatorum mitigetur. Quod potest intelligi per di. Bonaventura vbi .s. ar. i. q. ii. Aut post pene taxationem et inflictionem et sic non est verum: quia hoc modo in damnatis nulla cadit mitigatio a diuina misericordia: quia ex tunc claudit eius viscera pietatis. Aut quantum ad taxationem et inflictionem pene. et sic absque dubio est ibi mitigatio qua diuina iustitia non totum exigit pro eo quod eius pietate interueniente aliquam partem pene infligentie remittit. Et sic potest intelligi illud psal. Numquid obliuiscetur misereri deus. aut continebit in ira misericordias suas? q. d. n. Nam peccator cum peccat mortaliter offendit deum a quo est omne bonum: ergo meretur amittere omne bonum. Cum igitur deus neminem reducat ad non esse oes putat citra condignum: quod verum est modo predicto intelligendo. Preterea peccator offendit deum qui

am⁹q̄ ē infinitū bonū ol īfinitate. ergo ī
finita pena ēt itēsiue dʒ puniri: sʒ nō pu-
nit ergo pʒ ꝓpositū. Qđ si dicat Apoc.
xviij. dr̄. Quātū glificauit se ꝛ in dilicijs
fuit: tātū. date ei tormētū ꝛ luctū. et Esa.
xl. Suscepit de manu dn̄i duplicia: dr̄
đ aīa peccatrice. Et sup illđ psal. Ex vsu
ris ꝛ iīqtate glo: inqt. Usure dn̄r pctā: qꝛ
pl⁹ mali iuenit ī suplicijs q̄ꝫ cōmissū ē ī
culpis: ergo ibi n̄ ē aliq̄ mitigatio. Nā đ
lectatio ē momētanea ꝛ modica: ꝛ in pu
nit pena eterna ꝛ acerbissima q̄ ī īfinitū
excedit illā: ergo ꝛc. Ad ista rn̄det q̄ ē ꝯ
pare cōpatione ad penā ſm duplicē cō
patione. Aut ſm itēsionē hi⁹ in gn̄e pe-
ne: ꝛ illi⁹ ī gn̄e dlectatiōis. ꝛ sic mlto ma
ior ē pēa q̄ꝫ delectatio: nec ē ibi ꝓportio
sʒ excessus. Est iterū ꝯpare h ad illđ ſʒ
rōeʒ meriti siue dmeriti. ꝛ sic dico q̄ me
ritū delectatiōis īordinate excedit penā
qꝛ dign⁹ ē ēāpli⁹ puniri. Seruat ergo ī
punitiōe ꝓportiō abilitas: qꝛ magne cul
pe magna īfligit pena. Sʒ nō seruat ꝓ
portio: qꝛ q̄ꝫtū ad itēsionē ꝛ durationem
pena excedit culpā. Quātū v̓o ad meri-
tū cl̄pa excedit penā: ꝛ p h pʒ ꝯclusio: qꝛ
ꝛ si delectatio sit momētāea. tn̄ qꝛ. offēdi
tur ea bonū īfinitū: meret penā īfinitā ēt
itēsiue: qꝛ tn̄ dīna mīa n̄ īfert. Qđ si his
doctorib⁹ credere n̄ vis. Saltē scripturā
sacrā audi mīaʒ dei sic sublimit ꝯmēdā
tē ꝛ p̄cōizātē. Minor sū cūctꝫ mīſatiōi-
b⁹ tuis. Gen̄. xxxij. Ego. n. sū dn̄s deus
tu⁹ fortꝫ ꝛ zelotes visitās iīqtatē patꝝ in
filios ī tertiā ꝛ q̄rtā gn̄atiōnē coꝝ q ode
rūt me: ꝛ faciēs mīaʒ ī milia. his q̄ dili-
gūt me ꝛ custodiūt p̄cepta mea. Exo. xx
Si clamauerit ad me. ſ. pctō: exaudiaʒ
eū: qꝛ mīſicors sū. Exo. xxij. Dn̄ator dn̄e
de⁹ misericors ꝛ clemēs patiēs ꝛ multe
mīe ac ver⁹: q custodis mīaʒ ī milia: q
aufers iīqtatē ꝛ scelera atqꝫ pctā. Exo. xx
xiiij. de⁹ mīſicors dn̄s de⁹ tu⁹ ē deut. iiij.
Ego sū. d. de⁹ tu⁹ emulator ꝛ faciēs mīam
ī milia milia diligētib⁹ me ꝛ custodiētib⁹
p̄cepta mea Deut. v. Judicabit dn̄s ppl'ʒ
suū. ꝛ in ſuis suis miserebit. Deut. xxxij.
Misericordiā aūt meā n̄ auferā ab eo.

ij. ꝑ. viij. Tu fecisti cuʒ seruo tuo mīam
magnā. tertij. Regū. iij. Inuestigabilis
mīa ꝓmissionis tue. ij. Parali. xxxvi.
Nō derelīqt nos de⁹ nr̄. sʒ inclinauit su
per nos mīam suā. ij. Esdre. ix. Fac me-
cū mīam: ꝛ suscipe in pace spūm meuʒ
Thobie. iij. Cū irat⁹ fueris mīam faci-
es. ibidē. Cōfitemini ei: qꝛ facit nobiscū
mīam suā. Thobie. xij. Sʒ qꝛ patiēs est
dn̄s in hoc ipso peniteam⁹ ꝛ indulgētiā
eius lachrymis postulem⁹. Nō eni qua
si hō de⁹ sic cōminabit nec sicut filius
hōis ad iracūdiaʒ inflāmabit. Et iō hu-
miliem⁹ illi alas nostras: ꝛ in spū ꝯstitu
ti hūiliato ſuiētes illi dicam⁹ flētes dn̄o
vt ſm volūtatem suā sic faciat nobiscuʒ
cito mīam suā. Judith. viij. De⁹ celoꝝ
creator aq̄rū: ꝛ de⁹ tot⁹ creature exaudi
me miserā dep̄cātē: ꝛ de tua mīa p̄sumē
tē. Judith. ix. Hoc solū v̓buʒ dico in q̄
cūqꝫ loco mīſe sue. Job. xxxvij. Miserē
re mei de⁹ qm̄ infirm⁹ sū sa. me. do. ꝛc.
Psal. vi. Misericordia tua sbsequet me
ps. xxij. Reminiscere miseratiōnū tuaꝝ
dn̄e: ꝛ mīaruʒ tuaꝝ q̄ a seculo sunt ſm
mīam tuam me. m. t. p. b. t. d. ps xxiiij.
Mīa tua aū oculos meos ē: ꝛ ꝯplacui
in v̓itate tua. ps. xxv. Audiuit dn̄s ꝛ mi
sert⁹ ē mei. ps. xxix. Ego aūt in dn̄o spe-
rabo: exultabo ꝛ letabor in mīa tua: ps
xxx. Sperātē aūt in dn̄o mīa circūdabit
ps. xxxi. Fiat mīa tua dn̄e sup nos queʒ
admodū sperauim⁹ in te. ps. xxxij. Dili
git mīam ꝛ iudiciū. mīa dn̄i plena ē ter
ra. Ibidē. Dn̄e in celo mīa tua: ꝛ veritas
tua vsqꝫ ad nubes. ps. xxxv. Ne lōge fa
cias miserationes tuas a me. ps. xxxix.
Suscepim⁹ de⁹ mīam tuaʒ in me. t. tui.
ps. xlvij. Miserere mei deus ſʒ magnā
mīaʒ tuā. ps. l. Misere mei de⁹ qm̄ cō
culcauit me hō. ps. lv. Misere mei de
us miserere mei qm̄ in te ꝯfidit aīa mea
ps. lvi. Magnificata est vsqꝫ ad celos
mīa tua. ps. lvi. Irat⁹ ē ꝛ misert⁹ ē nob
ps. lix. melior ē mīa tua sup vitas ps. lxij.
In mltitudine mīe tue exaudi me. ps.
lxviij. Exaudi me de⁹ qm̄ bēigna ē mīa
tua ſʒ mltitudiēʒ mīſatiōnū tuaꝝ respi

ce ime. Ibidē. Cito āticipēt nos mīe tue q: paupes facti sum⁹ nimis. ps. lxxviij. Mīaʒ ⁊ veritatē diligit de⁹ ps. lxxxiij. Ostēde nob dñe mīaʒ tuā. ps. lxxxiiij. Mīa ⁊ veritas obuiauerūt sibi. Ibidē Mīa tua magna ē super me. ps. lxxxv Tu dñe de⁹ mi̅sator ⁊ misericors: patiēs ⁊ multe mīe ⁊ verax. Ibidem. Misericordias dñi i eternū cātabo. ps. lxxxviij Mīam meā nō dispergā ab eo. s. pctōre ꝯuertēte. Ibidē. Laudate nomē eius qm̄ suauis est dñs: in eternū mīa eius. ps. xcix. Magna est sup celos mīa tua ps. cvij. Qm̄ ꝯfirmata est sup nos mīa ei⁹ ⁊ v̄itas dñi manet in eternū. ps. cxvi. Mīa dñi plena est terra. ps. cxviij. Fac cū s̄uo tuo s̄m mīaʒ tuā. ps. cxviij. Apō dñm mīa ⁊ copiosa apō e. re. ps. cxxix Per pniam ⁊ fidē purgant̄ peccata. puer. xv. Mīa ⁊ veritate redimit̄ iniquitas. puerb. xvi. Qui aūt ꝯfessus fuerit ⁊ reliquerit ea. s. pctā: mīaʒ ꝯsequet̄. puer. xxviij. Gr̄a dei ⁊ mīa in scōs eius. sap. iiij. Exiguo ꝯcedit̄ mīa. sap. vi. Et qdeʒ cū mīa disciplinā accipiēt. sap. xi. Tu aūt de⁹ suauis ⁊ ver⁹ es: patiens ⁊ in mīa disponens oīa. sap. xv. Filios aūt tuos nec draconū venenatoꝝ vicerūt dētes: mīa eni tua adueniēs sanabit illos. sap. xvi. Pius ⁊ misericors ē dñs: ⁊ remittit in die tribulationis pctā. ecclastici. ij. Qm̄ magna est mīa dei: ⁊ ppitiatio illi⁹ ꝯuertentib⁹ ad se. Ecclastici. xvij. Miseratō hois circa pximū suū: mīa aūt dñi sup oēm carnē. Ecclastici. xviij. Quis adijciet narrare misericordiā dñi. Ibidem. Speciosa misericordia dei in tpe tribulationis: q̄si nubes pluuie in tpe siccitatis. Ecclastici. xxxv. Miserere nr̄i deus oium ⁊ respice in nos: ⁊ oñde nobis lucē miserationum tuarū. Ecclastici. xxxvi. Memorat⁹ suʒ misericordie tue dñe: ⁊ coopationis tue q̄ a seculo sunt qm̄ eruis sustinentes te dñe. Ecclia. li. Letetur aīa mea in misericordia ei⁹: ⁊ non ꝯfundemur in laude eius. Ecclia. li. Preparabitur in mīa soliū: sedebitq̨ sup illud in v̄itate. Esa. xvi. Propterea expectat dñs vt misereat̄ nr̄i: ⁊ ideo exaltabit̄ parcens nobis. Esa. xxx. Plorans nequaq̄ plorabis: miserans miserebit̄ tui. Ibidem. Dñe miserere nr̄i. te. n. expectauimus: esto brachiū nr̄m in mane: ⁊ salus nr̄a in tpe tribulatiōis. Esa. xxxiij. Laudate celi ⁊ exultet terra. iubilate mōtes laudē q: ꝯsolat⁹ est dñs populū suū: ⁊ pauperꝝ suoꝝ miserebit̄. Esa. xlix. In mīa sempiterna misert⁹ sum tui: dicit redēptor tu⁹ dñs. Esa. liiij. Derelinquet impi⁹ viā suā ⁊ vir iniqu⁹ cogitatiōes suas: ⁊ reuertat̄ ad dñm ⁊ miserebit̄ ei⁹: ⁊ ad deum nr̄m qm̄ mult⁹ est ad ignoscēdū. Esa. lv. Tūc inuocabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis ⁊ dicet ecce ad sum: q: misericors sum dñs de⁹ tuus. Esa. lviij. Ego sum dñs q faciā misericordiā ⁊ iudiciū ⁊ iustitiā in terra. Hie. ix. Cū euulsero eos ꝯuertar: ⁊ miserebor eoꝝ ⁊ adducā eos. Hie. xij. Ecce ego ꝯuertā ꝯuersionē tabernaculoꝝ iacob: ⁊ tectis ei⁹ miserebor. Hie. xxx. In charitate perpetua dilexi te: iō attraxi te miserās tui. Hie. xxxi. Oēs. n. cognoscēt me a minio eoꝝ vsq̨ ad maximū ait dominꝰ: q: ppitiabor iniqtatib⁹ eoꝝ: ⁊ pctī eoꝝ non ero memor amplius. Ibideꝫ. Nō erit tibi difficile omne verbum q facis misericordiā in milibus ⁊ reddis iniqtatem patrū i sinu filioꝝ eoꝝ post eos Hiere. xxxij. Si abiecerit ⁊ miserebitur s̄m multitudinē miserationum suaruꝫ. Trenoꝝ. iij. Misericordie dñi q nō sumus cō sumpti: q: nō defecerūt miserationes ei⁹. Ibidem. Neq̨. n. in iustificationib⁹ nr̄is ꝓsternim⁹ p̄ces ante facieꝫ tuā: sed in miseratōib⁹ tuis multis. Dan. ix. Nūc reducā captiuitatē Jacob: ⁊ miserebor oīs domus israel. Ezech. xxxix. Domui israel miserebor: ⁊ saluabo eos in dño deo suo. Osee. pmo. Despōsabo te mihi in sempiternum: desponsabo te mihi in iustitia ⁊ iuditio ⁊ misericordia ⁊ miserationibus. Osee. ij. Misericordiam volui ⁊ non sacrificiū: ⁊ sciam dei plusq̄ holocausta Osee. vi. Cōuertimini ad dñm deū vr̄m: q: benign⁹ ⁊ misericors est: patiēs ⁊ multe mīe ⁊ p̄stabi

super

sup malitia. Joel.ij. Nō imittet vltra fu rorē suum: qm̄ volens mīam est: reuer tere ⁊ miserebit tui. Mich.vij. Cū iratus fueris: mīe recordaberis. Aba.iij. Scio enim q̄ tu deꝰ clemēs ⁊ misericors patiens ⁊ multe miseratiōis: ⁊ ignoscēs sup malitiā. Jone.iiij. Cōuertā eos quia miserebor eoꝝ: ⁊ ero sicut fuerunt qn̄ nō piecerā eos. zach.x. Dep̄camini vultuz dei vt misereat vestri. Malach.i. Congregatus est ꝯuētus vt essēt parati ad p̄lium: ⁊ vt peterēt mīam ⁊ miseratiōes. p̄mi Machabeoꝝ.iij. Et sic pz q̄ p totum testm̄ vetus cōmendat ⁊ extollitur mīa dei. Similr̄ in testamēto nouo misericordia p̄conizat. Misericordiā volo nō sacrificium. Math.ix. ⁊ Mar.xij. Omne debitum dimisi tibi qm̄ rogasti me. Math.xviij. Misereor sup turbā. Matth.ix. Miserere mei fili Dauid. Mar.x. ⁊ Luc.xviij. Misericordia eiꝰ a pgenie in pgēies. Luce.x. Per viscera misericordie dei nr̄i. Ibidem estote misericordes sicut ⁊ pater vester celestis misericors est. Luce.viij. Cū vidissz eū pater suꝰ a lōge.s.deꝰ misericordia motus est. Luce.xv. Miserebor cuiꝰ. misereor: ⁊ misericordiā p̄stabo cuiꝰ miserꝰ fuero. Igit nō est volētis neqz currentis: sed miserantis est dei. Ad Roma.ix. Cōcludit enim oia deꝰ in icredulitate vt oium misereat. Roma.xi. Dico.n. Jesum xp̄m fuisse ministrū circūcisionis pp veritatē dei ad ꝯfirmādas pmissiōes patrū: gentes aūt sup misericordiā honorare deum. Ro.xv. Bn̄dictus deus ⁊ pater dn̄i nostri Jesu xp̄i: pater misericordiaꝝ ⁊ deꝰ totius ꝯsolatiōis: q consolat nos in omni tribulatiōe nostra. scd̄e ad Chor.i. Ideo habētes hāc administrationem iuxta qd̄ misericordiā consecuti sumus nō deficimus: sed abdicamꝰ occulta dedecoris: nō ambulātes in astutia neqz adulterātes ꝟbum dei. scd̄e ad Chor.iiij. Quicūqz hāc regulam secuti fu.p. sup illos ⁊ misericordia. ad Gal.vi Deꝰ q diues ē in misericordia ad Eph.ij. Misericordiā ꝯsecutus sum q: ignorans feci. p̄me ad Thimo.i. Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoris nr̄i dei: nō ex opibus iustitie q̄ fecimꝰ nos: sed s̄z suā misericordiā saluos nos fecit. Ad Tytum.iij. Debuit p oia fratribꝰ similari vt misericors fieret. ad Hebre.ij. Adeamꝰ ergo cū fiducia ad thronum grē: vt misericordiā ꝯseq̄mur ⁊ grām inueniamus in auxilio oportuno. ad Hebre.iiij. Misericordia superexaltat iudicium. Jacobi.ij. Sufferentiā Job audiuistis: ⁊ finē dn̄i vidistis qm̄ misericors ē dn̄s ⁊ miserator. Jacobi.v. Bn̄dictus deꝰ ⁊ pater dn̄i nr̄i Jesu xp̄i: qui s̄m magnā misericordiā suā regn̄auit nos i spez viuā. p̄me Petri.i. Ante nō pp̄ls nunc aūt populus dei: q nō ꝯsecuti misericordiā: nūc aūt misericordiam ꝯsecuti. p̄me Petri.ij. ip̄os vos in dilectiōe dei s̄uate expectātes mīam dn̄i nr̄i Jesu xp̄i i vitam eternā in epistola Jude. Et sic pz p diuinas scripturas q̄z p̄conizata ⁊ magnificata sit clemētia dei ⁊ pars p̄ma huius sermonis.

¶ Pars scd̄a huiꝰ s̄monis in qua ostēditur q̄z festina sit dei misericordia eis q se conuertunt ad eum.

Ecūdo igit in isto s̄mōe declarādum est q̄z sit festina mīa dei cōuertētibus ad se. Nō.n. expectat diutiꝰ oipotēs deꝰ aīe peccatrici post suam ꝯuersionez ꝯferre grām amoris sui. Luce.xv. Reuertente filio pdigo.i. peccatore: dixit pater.i.deꝰ. Cito pferte stolā p̄mā idest grām: sup quo ꝟbo dicit Petrus Rauēnas. Nō dicit: Vn̄ venis? vbi fuisti? vbi sunt q̄ tulisti? sed pferte stolā p̄mā ⁊ induite illū. Videte q̄ delicta nō videt vis amoris: tardā misericordiā pr̄ nescit. h̄ ille. ppterea.ij. Reg.xiiij. dr̄. Nec vult deꝰ perire aiam: sed retractat cogitās ne pariter pereat. Reuertere ergo aia peccatrix: q: vt dr̄ Thobie iij. Si aia in tribulatione fuerit liberabitur ⁊ si in corruptiōe fuerit ad misericordiā tuā puenire licebit. Non enim delectaris in pditionibus nostris: q: post tēpestatē tranqllū facis: ⁊ post lachryma

tionem ꝛ fletū exultatōez infundis. Re/
uertere dico qꝛ psal. xxxix. d. Misericor
dia tua ꝛ vitas tua semꝑ susceperūt me
Re. re. qꝛ dñs deus tibi dicit Esay. xlix.
Nūqd obliuisci pōt mulier infantē suū
vt nō misereat filio vteri sui. Et si illa ob
lita fuerit: ego tñ nō obliuiscar tui. Re.
re. qꝛ Esa. lxi. d. Ad ānunciādū man
suetis misit me: vt mederer ꝯtritis cordi
ꝛ pdicarē captiuis idulgentiā ꝛ clausis
aptōem. Re. aīa mea re. Quia dñs loq
tur di. Eze. xviij. Nunqd voluntatis mee
ē mors impij dicit dñs: ꝛ nō vt ꝯuertat a
vijs suis ꝛ viuat: idest habeat grām: vñ
loqtur ipse deus ad aīaz peccatricē dicēs
Hiere. iij. c. Tu aūt. s. aīa mea peccatrix
q̄ fornicata es: q̄ deū offendisti i magni
tudine pctōꝝ cū amatoribus multis. s.
diabolo mūdo ꝛ carne. tñ reuertere ad
me piū ꝛ misericordē ꝛ ego q sum ꝓte/
ctor tu⁹ ꝛ merces tua. Geñ. xv. Qui sci/
fico vos. Leuit. xx. Qui sum pars ꝛ he/
reditas tua. Numeri. xviij. Qui habito
inter vos. numeri. xxxv. Qui sum salus
tua. ps. xxxiiij. Qui diligētes me diligo.
puer. viij. Qui deleo iniqtatem. Esa. xl/
iij. Qui redemi te. Esa. xliij. Qui te con
solabor. Esa. li. Qui sum panis viuus q
de celo descēdi. Jo. vi. Qui sum lux mū
di. Jo. viij. Qui sum pastor bonus ꝛ po
no aīam meā p ouib⁹ meis. Jo. x. Qui
sum resurrectio ꝛ vita. Jo. xi. Qui sum
via vitas ꝛ vita. Jo. xiiij. Qui sum vitis
vera. Jo. xv. Qui vici mūdum. Jo. xvi.
Qui Jesus Nazaren⁹ sum. Act. x. Qui
ꝓpter te hō fact⁹ sum ꝛ crucifixus: de/
lusus sum: ꝛ pp te mortu⁹ qīsi tu me of/
fendisti: tñ reuertere ad me. ꝛ ego susci/
piam te peccata remittendo ꝛ grām in
fundēdo: Nam nullus vnq̄ ꝯuersus ē
ad deū ꝛ ab eo repulsus sine misericor/
dia. Patet de latrone: de peccatrice: d
dephensa in adulterio: ꝛ ceterio de qb⁹
dicit Ber. s̄mone. xxij. sup cātica cāntico/
rum. Dino ꝓpter māsuetudinē que in
te pdicat: currim⁹ post te dñe Jesu au/
dientes q non spnis pauperē peccatorē
non horreas. Nō horruisti ꝯfitentez la/
tronē: nō lachrymātem peccatricem: n
dephensam i adulterio: nō supplicātez
publicanū: nō negātem discipulū: nō p
secutorē discipuloꝝ: non ipsos crucifixo
res tuos. In odorē vnguentoꝝ tuorum
currimus ꝛc. Et sic patet pars secunda
huius sermonis.
¶ Pars tertia huius s̄monis in q̄ oñ
ditur q̄ntum sint digni reprehensione q
ad deum conuerti abnuunt.
T Ertio in isto s̄mone ꝯsiderādū
est q̄ rephendendi sunt impij
peccatores: q ad tātā dei miseri
cordiā non mouent: sed potius idurant.
Sed ꝯsiderare debēt q deus nō tñ est
misericors: sed etiā iustus: q post dulce/
dinem misericordie oñdit seueritatē iu/
stitie: Vñ Aug. sup psal. xxxij. s̄mone. i.
Misericordie tēpus modo est. Judicij
tēpus post erit. vñ nūc de⁹ vocat auersos
donat peccata cōuersis. patiēs est super
peccatores donec cōuertant: quādocū/
q3 conuersi fuerint pterita obliuiscitur
futura ꝓmittit: hortatur pigros: cōsolat
afflictos: docet studiosos: adiuuat dimi
cātes: neminē deserit laborantē ꝛ excla/
mantem ad se: donat vnde sibi sacrifice
tur: ipse tribuit vnde placet: hoc magnū
misericordie temp⁹ non nos transeat: ve
tur est. n. iudicium: ꝛ tunc erit pnīa: sed
iam infructuosa dicentes inter se pangu
stia spūs gementes: qd nobis ꝓfuit sup
bia? hec ille. Hoc idem in s̄mone qnto
de passione dñi in parasceue. Quamuis
multū p̄sumere debeatis de misericor/
dia dei: non tñ negligenter debetis eius
timere iustitiā: cum iustitia. n. te iudica/
bit: q cum misericordia te redemit. Nā
vicis vt honorificentur ab hoīb⁹. Amē
dico vobis receperūt mercedē suā. In q
bus v̄bis tres v̄itates circa elemosynaȝ
a dn̄o declarant̄. In prima n̄raȝ dirigit
intentionē. In secūda ostendit hypocri/
tarū cōditionē. In tertia addit eorū re/
munerationē. ¶ In prima quideȝ veri/
tate nostrā intentionē dirigit di. Cū facis
elemosynā noli tuba canere ante te. Sūt
nāq̄ȝ pleriq̄ȝ qui canunt elemosynas su/
as premittendo ante se: alij secuȝ: alij āt
post se. Primi nāq̄ȝ facientes elemosy/
nas canūt ante se ⁊ hi sunt qui cuȝ fastu
⁊ gloria distribuūt illas: s̄m enī Chriso/
stomū: tuba denotat oēm actū seu s̄mo
nē p quē bonū opus iactāter magnificat̄
⁊ predicat̄. Secūdi autē q secū deferūt
tubas sūt q cū fastu pōposo ⁊ vano qui/
busdā diebus congregant p̄ elemosynis
distribuendis multitudinē paupeꝝ ante
hostiū suū. Tertij v̄o qui post se deferūt
tubas sunt q cappellas ⁊ paramēta: cali
ces hospitalia ⁊ similia in vita sua aut p⁹
mortem statuunt fieri cū signis ⁊ armis
suis aut cū sculptura in parietib⁹ sculpta
aut depicta: sȝ q: executor est talis inten
tionis vt ad plenū impleat illa: faciat de
pingi tibicinantiū circulū circa arma si/
ue circa litteras: vt tubarū premiū ex h̄
siue ipsaꝝ abūdantiorē copiā sortiantur.
sed vt rectius agere conent̄ cum talia fi/
ant de impie acquisitis ⁊ maxime de cer
tis sicut fieri aliquando solet suspendūt
i talib⁹ sua propria insignia aut arma:

que sūt ꝓprie furche ⁊ latronū patibulū vt ipse meret ⁊ iustitia poscit. O misera nempe insania mundane migrāq; ⁊ vanitatis: vt nō solū velint peccare dū viuunt s; ēt quod amō peccare cōnāt post q̄ de hoc seculo decesserūt: nec tā per se vituperare intendim⁹ elemosynas manifestas. Cum Chrysostom⁹ dicat q; sicut lāpas accensa non pōt celari sic necop⁹ iustitie pōt abscondi: nō ē ergo ingrata deo elemosyna que videtur sed que ꝓpterea fit vt videat. Et ideo d̄ istis b̄n ⁊ male elemosynam facientibus ait Hiero⁹. ad demetriadē, v̄ginem. Alij edificent ecclesias. Vestiant parietes marmorū. costis colūnaꝝ molles aduehant. capitaq; deaurent capita precioso ornatu: pīstruant ebore argentoq; valuas: ⁊ gēmis aurata distinguant altaria: nō reprehendo nō arguo vnusquisq; in suo sensu abundet. Meliusq; est hoc facere q; repositis opibus incubare. S; tibi ꝓpositū ē xp̄s vestire in pauperib⁹ visitare in languentibus: pascere in esurientib⁹: suscipere i his q tecto indigent maxime in domesticis fidei v̄ginū alere monasteria: fuoꝝ dei ⁊ paupeꝝ spū h̄re curā qui dieb⁹ ⁊ noctibus seruiunt dño tuo: qui in terra positi imitātur angeloꝝ ꝯuersatione: ⁊ nihil loquūt nisi quod ad laudē dei pertinet. habēes victū ⁊ vestitū his gaudēt diuitijs qui plus habere nolūt si tamē suāt ꝓpositū. Alioqn si plus desiderant his q̄s que necessaria sunt, ꝓbātur indigni. hec ille. In secūda v̄itate osidit deus hypocritaꝝ cōditionē ⁊ in elemosynis dādis ⁊ de hoc sub du sicut hypocrite faciūt in synagogis ⁊ in vicis vt honorificētur ab hoībus. Duplici enim dolo a calliditate ⁊ simulatione hypocrite in elemosynis gloriā suam ꝓcurāt. Primo in synagogis. s. vt videāt a sapientib⁹ ⁊ notabilib⁹ viris qui eis possit ꝑhebere credibile ⁊ validū testimoniū bone fame. Secūdo in vicis. s. vt videantur a turbis ⁊ sic apud hoīes eoꝝ bonitas publicet. ⁊ hoc ñ ad gloriam dei nec ꝓpter exēplū bonū sed vt honorificent ab hominib⁹. In tertia veritate subdit eoꝝ remunerationē di. Amen dico vobis re. m. s. i. summā cui pam sibi debitam: suam in quit non dei quasi dicere velit: sufficit eis q; habeant illam gloriam quā finaliter ex suo opere quesierūt ⁊ seipsos indignos dei glia iudicauerūt. Ex his igitur patet quāta sinceritate ⁊ rectitudie in elemosynis ad deum ē intentio dirigenda. Et ideo dat exemplū q; Cesarius narrat dicens: q; quidam diuissim⁹ defūct⁹ ē ⁊ vxori sue apparuit qui requisitus ab ea de suo statu. s. q; damnat⁹ esset: ad quod dbū illa subiūrit. Quid est q; dicino: Non ꝓsunt vobis elyme magne ⁊ hospitalitates q̄s exhibuistis: Et ille. Nihil mihi ꝓsūt ad vitam eternā: q; nō ex caritate feci sed ꝓpter vanā gliam. Jō Hiero⁹ ad Eustochiū. Auꝝ liquescit in litteras: gēmis codices vestiunt: ⁊ nudus añ eoꝝ fores Xp̄s emorit: ⁊ cū manū egenti porrexerint bucinant: cū agapē vocant preco conducit: vidi nuper nomē taceo nec si etā rem puteo nobilissimā mulieꝝ romanarū in basilica beati Petri seruis eius antecedentib⁹ ꝓpria manu vt religiosior putaret singulos nūmos dispartire pauperibus. Interea anus quedā pānis obsita ꝓcucurrit vt alterū nummū accipet ad quam cū ordine perueniisset: pugnus porrigit pro denario: ⁊ tanti criminis reus sanguis effūditur. Hec ille. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secunda huius sermonis in q̄ ponitur alia conditio elemosyne que dr̄ liberalitas. i. q; libere debet dari.

Secundo ponenda ē alia conditio elemosyne cōditio q̄ dr̄ liberalitas: q; libere deb; pauperib⁹ dari ⁊ nō vendi: sicut quidā quādoq; faciūt ⁊ maxime mulieres quedā quibusdā feminis pauperibus elemosynas ideo dant vt de nū aliqb⁹ seruitijs ab eis remunerentur ⁊ iā in p̄nti receperunt mercedē suā: ⁊ h̄ maxime faciunt etiā magnates ⁊ p̄lati De quibus ait Hiero⁹ ad Nepot. Sūt qui pauperibus parū tribuunt vt amplius accipiant

us accipiãt: ⁊ sub pretextu elemosyne q̃dã porrigũt indigẽtibus. vt p eorũ suffragia suas augeant diuitias: que magis venatio q̃ elemosyna appellanda ẽ: sic bestie sic canes capiuntur ⁊ pisces. Modica ĩ hamo esca aponitur: vt matronarũ in eo sacculi pertrahãtur: sic eps cui cõmissa est ecclie cura: quẽ dispensatiõi pauperũ curecq̃ preficiat aĩaduertat melius ñ habere qd̃ tribuas q̃ ipudenter petere qd̃ des. Hec ille. Sed audiat quilibet tal' q̃ci. Ecclesia. xxix. dicit Sup humilez aĩo fortior esto ⁊ p elemosyna nõ trahas illũ ad seruiuiũ tuũ. ppterea Luce. xiiij. dñs ait. Cũ facis puiuiuz voca paupes ⁊ debiles ⁊ claudos ⁊ cecos ⁊ beat⁹ eris: q̃ñ ñ hñt tibi retribuere: retribuet enĩz tibi ĩ retributione iustorũ. Jd̃ Seneca in lib. de elemosyna. Nihil est inquit venali misericordia turpius. Confirmat illa. Lact. in. vj. diuinarũ insti. c. xiij. Tenẽdum est igitur oĩmod ut ab officio misericordie spes misericordie absit oĩno: huius enĩz opis ⁊ officij merces a deo est expectanda solo. Nã si ab hoĩe expectas iam non humanitas erit illa: sed feneratio bñficij Nec põt videri bene meruisse qui, qd̃ facit non alteri sed sibi pstat: ⁊ tñ tãndez reddit qd̃ alteri q̃sq̃ prestiterit nihil ab eo comodi spectãs vere sibi pstet ⁊ mercedẽ capiet a deo. Jdez deus pcipit vt si q̃ñ cenam preueniimus in conuiuiũ eos adhibeamus qui reuocare nõ pñt ⁊ vicẽ reddere: vt oĩs actus vite nostre non careat misericordie munere. Nec tñ q̃sq̃ interdictũ sibi putet aut cõionẽ cũ amicis aut charitatẽ cũ pximis: sed notum nobis fecit de⁹: qd̃ sit verũ ⁊ iustũ opus ita oportet nos cũ pximis viuere: dummodo sciamus illud ad hoĩez hoc ad deũ pertinere. Precipua igitur virt⁹ hospitalitatis quod philosophi etiaz aiunt. sed caz detorquẽt a vera iustitia ⁊ ad comodũ rapiũt. Recte inquit Cicero theofrasto: ẽ laudãda hospitalitas. Est enĩ vt mihi quidem videtur valde decorũ patere domos hoĩuz illustriũ hospitib⁹ illustribus. Eodem mõ rursus errauit cuz idoneis diceret esse largiendum. Nõ. n. iusti ⁊ sapientis viri domus illustrib⁹ debet patere: sed humilibus ⁊ abiectis. nã illustres illi ac potentes nulla re possunt ĩdigere quos opulẽtia sua ⁊ niunu ⁊ honorat. Nihil a viro iusto faciendum ẽ nĩsi quod sit beneficium. Beneficiũ aũt si refertur interijt atq̃ finitur: nec enim id possumus habere integrum cui⁹ preciuz nobis persolutum est. Jn his itaq̃ beneficijs ratio versatur que salua ⁊ incorrupta pmanserint: permanent aũt non aliter q̃ si prestentur his hoĩb⁹ qui prodesse nullo modo possunt.

¶ Pars tertia hui⁹ sermõis in qua ponitur alia conditio elemosyne q̃ dr̃ pietas.

Tertio ponẽda ẽ alia elĩne cõditio: q̃ dr̃ pietas. i. ppter pietatẽ ex paupis necessitate mouẽte: Gñ Ber. ait in vacuo liquore elĩne sũdite: ñ ĩ pleno. iiij. Reg. iiij. Vacua vasa precipit heliseus impleri non plena. Et Grego. in moral'. Jniuriã facit hortis stillã pijciens in mare. Et Esa. lviij. Cũ effuderis esurienti animam tuã. ⁊c. Et ideo multi in h̃ errant q in dãdis elemosinis inconsiderate dãt indifferẽter oĩb⁹ elĩnã. Nõ enĩz oĩ q̃stori ⁊ ceratano ac furcifero dãda est elemosyna. vnd̃ Ecclesiasti. x. Da iusto ⁊ non dederis peccatori. i. ad fomẽtum peccati. Sunt enim quidam qui q̃storum exercent officium . ⁊ in tabernis atq̃ in alijs inhonestis locis puersãtes: turpitudinis ostendunt exemplũ contra quos. extra de pe. ⁊ re. c. cũ ex eo. dicitur Melius ẽ cũ seueritate diligere q̃ cum lenitate decipere. Vnius esurienti panis tollitur: si de cibo securus iusticiam negligebat. q̃ esurienti panis frangitur vt iniustitie seduct⁹ acquiescat. h ibi. Mercator etenim prudens pecunia sua in certo tempore egẽs nõ comodat eã hoĩ q ad nũdinas nõ ẽ vẽturus: nec aduocatorũ am⁹ salariũ quem nobis esse contrariũ dubitamus: sic nec passim omnibus impijs est elemosyna largiẽda nisi in extrema necessitate. lxxxvi. dist. pasce. Nã q̃ñ cũq̃ q̃s elemosynaz petit p nutrimẽto.

tūc semꝑ indistincte danda est.i.q.ij.ꝙ
pto. Si aūt non possum⁹ oīb⁹ sufficere tē
nō est indistincte dāda. vñ ad maiorē ꝑ
dictoꝝ declaratiōnē notādū ē qꝺ elemo
syna dāda ē. Primo bonis. Scdo qñ/
ꝗ malis. Tertio semꝑ infirmis ⁊ debili/
bus sibi subuenire non valentib⁹. Prio
dico ꝙ elemosyna ē dāda bonis paupe/
ribus: nec tñ tāta diligentia ē adhibēda
vt faciūt qdā q elemosynas suas nolunt
dispēsare nisi his pauperib⁹ nisi pri⁹ in eis
mirabilia viderint. Cōtra quos.xlij.dis.
c.quiescam⁹ Joh. Chriso⁹ ait: Quiescā
mus ab hac obseruātia curiositate ⁊ dia
bolica ⁊ peremptoria. ⁊ infra. Si ꝑ nutrimē
to postulat ne in his examines quomō
Abrahā hospitalē ostēdebat se circa oēs:
si scrutator: eēt circa refugiētes ad se nū
ꝙ āgelos hospitio recepisset: fortassis.n.
nō putasset eos angelos esse s; cū religs
eos repelleret s; qñ oēs recipiebat susce
pit ⁊ angelos. Hec ibi. Dāda ē ergo bo
nis indifferēter sine multa scrutatiōe: ⁊
ideo pot⁹ fidelib⁹ ꝙ infidelib⁹: ⁊ pri⁹ dā
da ē bonis pauperib⁹ ꝓpinquis ꝙ alie/
nis ceteris pauperib⁹: vñ.lxxxvi.di.c.ce
terū ait Ambro. Ceterū dei traditio ē vt
pātes pascas parentes. Naꝫ si iuxta di/
uinū oraculū contumelia parentū morte
luūtur quāto magis fames que grauior: ē
quo loco insolētes diis infrenat iactātiā
¶ Secūdo dico ꝙ etiā elemosyna qñ/
ꝗ facienda est etiā malis: vñ Ri.in.iiij.
di.xv.ar.ij.q.viij.ait. Quod in malo ho/
mine duo sunt consideranda. scilicet na
tura ⁊ vitiū: ⁊ sicut eius natura ita debet
ex caritate diligi vt tñ eius vitium odiat:
vñ dicūt theologi in.iij.snīarū. sic ita dz
ꝑ elemosynā subueīri: indigentie sue nāe
vt ꝑ hoc in malitia nō foueat: vt dictū ē
s. Hoc ē ɔtrā huic qꝺ d.lxxxvi.dist.c.
nō satis.c.fame. q2 ibi loquit de esuriēte
ad morē. Ideo Alex. vbi.s. ait. ꝙ mali
aut sunt in voluntate ⁊ statu peccādi: aut
nō. Si sunt. nō est eis subueniendū: ne
hoc modo subuentio fomentū sit mali/
cie: ⁊ cū ꝑmanēdi in peccato nisi in statu
notabilis necessitatꝫ. In quo natur semꝑ
subueniendū ē. Vñ Augu.lxxxvi.di.c.q
venatorib⁹ ait. Qui vēatorib⁹ donāt q do
nant histrionib⁹ quare donāt: nūqd nō ē
ipsa hominib⁹ donant: nō tñ naturā ibi
attendūt operis dei: s; nequitiā opis hu
mani. Si vō sunt in volūtate diuitiēdi
pctū: vel sperat ꝙ ex h boni fiat: tūc e
tali intentiōe dari potest: vñ p⁹ illō Ro.
xii. Si esurierit inimic⁹ tu⁹ ciba illū. sub/
dit. hoc faciens carbones ignis cōgeres
sup caput ei⁹ glo .i. feruorē caritatis: vel
spūs sci: vel vrentē pnie ardorē. Et sic pꝫ
ꝙ etiā elemosyna qñqꝫ est dāda malis.
¶ Tertio dico ꝙ elemosyna semꝑ ē dā
da pauperib⁹ infirmis ⁊ debilib⁹ ⁊ anti/
quis maxime si de diuitijs ceciderunt in
egestatē. vñ.lxxxvi.di.c.cōsideranda ē.
ait Ambro. ɔsiderāda est ē in largien/
do etas atqꝫ debilitas nō nūqꝫ etiā vere
cūdia ꝙ ingenuos ꝓdit natales: vt seni/
bus plus largiaris qui sibi iam nequeūt
victū qrere. Similiter ēt debilitas corpo
ris ē ꝓmpt⁹ adiuuāda. Cū ꝓ̄timi si q
ex diuitijs ceciderit in egestatē ⁊ maxie si
nō suo vitio: sed aut latrocinijs aut ꝓ/
scriptiōe: aut calūnijs q habebat amisit
hec ibi. ¶ Vñ notandū ē ꝑm Allexan.
de ales vbi.s. ꝙ duplex ē paupertas. s.
ficta ⁊ vera. Pauꝑ aūt illo gñe pau
ptatis q ē ficta nō ē hec libertas elemo
synas accipiēdi: sicut nec diuitū: nec eis
debēt dari: q2 hmōi paupes solēt magis
ꝑ alia siue transitoria in factis intendere
ꝙ eterna. Talēs.n. solēt ad mēsas alioꝝ
respicere. Aut propter pecunie ɔgrega
tionē aut ꝑꝑ lautiores vētris refectiones
vel aliud hmōi. Paupertas vō nō simu
lata .i. vera duplex est ꝑm Hiero. s. volū
taria ⁊ necessaria siue illata. Prima hꝫ
gliam. Scda cruciatū. Illa aūt q est ne
cessaria siue illata aut potens ē releuari
aut nō. s. ꝑpter infirmitatē vel debilitatē
vel quia forte nō se offert materia vl' lo
cus operādi ⁊ tūc pauꝑib⁹ h gñe paupe
tatis dēbēt a fidelib⁹ q⁹ supest d sui abū
dantia victui necessaria: sic manifeste pꝫ
ex ꝑmōe dñi sup allegato. Luc.xiiij. Cū
facis ⁊c. ⁊ ex textu Ambrosij. Si vō est
potē

potēs relevari p laborē τ ñ relevat. Aut h ē pp cāz inordiatā τ min⁹ rectā. s. pigritiā: desidiā: amorē otij: τ hmōi τ talibus nō debet̄ subvētio opuz pietat̄ inq̄tū tales sūt τ ɔ̄ tales ait aplo. ij. thesalo. vl. vi. Cū eēm⁹ apō vos denunciabam⁹ vobis qm̄ si quis manib⁹ nō vult opari ñ mādūcet. Si vo nō relevat̄ pp aliā cām. s. ordinatā: aut illa cā pōt cōpensare laborē aut nō. Si pōt excusat̄ paup accipiēndo necessaria affectu pietatis: si ñ pt oio q̄tū pōt tantū excusat̄. Si aūt sūt pauperes volūtaria paupertate aut ē expetita: aut ē assūpta amore dei τ zelo aīaruz. Et tales sūt veri pauperes q̄b⁹ regnū celoꝝ pmitit̄. Math. v. bti pauperes spū τc. ¶ Sz notādū ē q̄ hec pauptas aut nō pōt relevari p opationē pp cās pdictas: q̄z. s. occupat̄ i sp̄ualibus τ tūc excusat: τ dubiū nō ē q̄ ei debent̄ elemosyne. Si vo pōt relevari aut relevat̄ p laborē τ talis ē pauptas mūdo renūciātū τ opera necessaria acq̄rētiū: τ hec ē pauptas altissima q̄tū ad gen⁹ pauptatis. Si non relevat̄ τ hoc ex cā min⁹ ordinata vt desidia amore otij aut quietis. hec ē vitupabilis vt. s̄. dictū ē. Si nō relevat̄ ex cā ordinata: aut cā recōpēsat laborē: vt dēm ē. s̄. pp. s. aliā vtilitatē q̄ cām sequit̄: τ tūc ē pfecta τ cōmēdabil̄. Si vo nō recōpēsat oīo q̄tū recōpēsat tm̄ excusat̄. Ex q̄b⁹ oib⁹ orit̄ vnū correlariū. s. q̄ paupibus voluntarijs q̄ fidel̄r laborāt in vinea dn̄i q̄tūcūq̄z sint validi si ñ ex pigritia neq̄z ex libidie otiandi laborare corporal̄r negligūt. Sed vt expedit⁹ τ liberi⁹ in laboribus sp̄ualibus se cōtinuare possint: licite possit elemosyne dari: immo meritorie: imo ex debito sibi debent̄ nec tenent̄ tales ad laborē manualē: q̄z vt dicit Amb. sup illud Luc. ix. dicēte dn̄o sinite mortuos τc. docet dn̄s minora bona pp maiorē vtilitatē eē ptermittēda: magis ē animas mortuoꝝ pdicādo suscitare q̄z corpora mortuoꝝ in terra abscōdere. h ille. Itē Hiero. i plogo Job sic ait. Si fiscellā texerē iūco aut palmaꝝ folia ɔplicarē vt in sudore vultus mei comederē panē τ vētris op⁹ sollicita mente tractarē: nullus morderet: null⁹ reph̄ēderet: nūc aūt quia iuxta sniaz salvatoris volo opari cibū q̄ nō perit. Falsari⁹ vocor τ errores ñ auferre sz serere. Preterea s̄z Aug. in li. de opere mōachoꝝ. Illi q̄ paupes sustētaverūt de elemosynis pauperū sustētari debēt τ pn̄t: ait. n. sic: Oium xp̄ianoruz vna res publica ē. Et iō q̄squis necessaria vsibus xp̄ianis erogaverit vbiq̄z ipse qd̄ sibi necessariū est accipiet: q̄z vbicunq̄z ipse talib⁹ dedit qs vbiq̄z xp̄ian⁹ accepit. hec ille. Si ergo s̄m Ambro. maiora bōa pp miora ñ sūt ptermittēda: τ s̄z Hiero. maiora bōa sūt pdicatiōis: τ instructionis q̄z manualis opationis: τ s̄z Augu. ad hmōi opa nō astringunt̄ qui fuerūt divites τ delicati τ sua pauperib⁹ distribuerūt vt manifeste apparet q̄ intenti sacre lectioni τ opib⁹ mīe sp̄ualis τ laudib⁹ divinis: τ si validi sint ad hmōi opa ñ sūt astrictij: sz debēt τ pn̄t licite de elemosynis sustētari. Ex q̄b⁹ oib⁹ pz quāta diligētia adhibēda ē i distributiōe elemosyne q̄ q̄si oia habēt ex textu Ambr. i li. de officijs. lxxxvi. di. c. ñ sat̄. vbi dicit̄. Grandis ē culpa si te sciente fidel̄ egeat si sciās eū sine sūptu esse famē tolerare τ erūnā perpeti q̄ pscrtiz egere erubescit τ si i cāz ceciderit aut captivitat̄ sue vl̄ filioruz suoꝝ aut calūnie τ nō adiuves si sit in carcere posit⁹ τ penis τ supplicijs τ pp debitū aliqd̄ iust⁹ excruciet̄. Nā τ si oib⁹ debet̄ mīa iusto ampli⁹ si tpe afflictionis nihil̄ a te impetret si tpe periculi q̄ rapiat̄ ad mortē: plus apō te pecūia valet q̄z vita morituri ñ ē levie pctm̄: τ ita. Est etiaz alia pbanda liberalitas vt pximos seminis tui ne despicias: si egere cognoscas. melius ē. n. vt ipse subvenias tuis: q̄bus pudorē ab alijs sūptū deposcere: aut alicui postulare subsidiū necessitat̄. hec ibi. Ex q̄ habet̄ q̄ indigētib⁹ nō abūdantib⁹ elemosyna tribuēda sit. Un̄ L. act. vi. di. insti. xi. c. ergo iustitiā m̄cem principēq̄z virtutū suo precio nō tuo comodo exterminari: potissimū tribue q̄ nihil speres. Quid personas eligis? Quid membra

in spicis: p hoie tibi habēdus est quisqs
nō pcat q: te hoīez putet. Abijce vmbras
illas imaginesqz iusticie atqz ipāz verā z
expressāz tene: largire cecis: debilibus:
claudis: dstitutis qb⁹ nisi largiare moriē
dū ē: inutiles sunt hoib⁹ sz vtiles deo: q
eos retinet in vita q spū donat: q luce di
gnat: fonte chzūi in tēe z gias hoium ne/
extinguant humanitate sustenta. hec ille
Igit venit elemosyne dictis cōditiomb⁹ vt
sic ab oipotente deo eterna premia susci
pere mereamur in secula seculoz. Amē

ℭ Dñica scda in qdragesima de verita
te final' iudicij nos inducens ad pniam.
Sermo .i.

Iudex est

dominus de oib⁹ his
Scribunt hec vba .i.
Thessal .iiij. Scā ma
ter ecclia militās duo
bus modis .s. timore
z amore a malo nos retrahit z ad bonū
inducit. Et quia fm sniam theologorum
magis pctōres timore mouēt q amore
attestante Cassiodoro q in lib. d institu/
tione monachoz .iiij. c. ait. Pricipiū no
stre salutis sapiētieqz fm scripturas ē ti/
mor dñi: q: de timore nascit cōpūctio sa
lutaris de cōpūctione cordis pcedit ab
renūciatio .i. nuditas z cōtēptus omniū
facultatū: de nuditate humilitas pcrea
tur de humilitate mortificatio volupta/
tū generat: de voluptatū mortificatione
extirpant atqz marcescūt vitia vniuersa.
De vitiorū expulsione vtutes fructificāt
atqz succrescūt. De vtutū pululanōe pu
ritas cordis acgrit: p cordis puritatem
apsice caritatis psectio possidet. hec ille.
Idcirco ad incutiendū timorē de tremē
do iudicio aliq pdicare hodie disposui.
Nam fm Aug. in epla ad exitiū. Nihil
est vtilius populis q loq de tpib⁹ futu/
ris z marie de iudicio: pter quod ait.
Greg. Presētis tpis ita agenda est vita
vt nunq amaritudo diuini iudicij rece/
dat a mēoria. hec ille. Ad incitandū igit
mentes torpidas ad verā pniaz pagēdā:
aliq sub cōpendio tractare duxi de finali
iudicio relinquendo maiora ad aliō vo/
lumen qd cōpilare intendo de fidei arti
culis: qpropter assumpsi verba pposita
Pauli di. Iudex est dñs .s. in die iudi/
cij de oib⁹ his .s. peccatis a nob perpetra
tis. Et q: multi negāt iudiciū esse ventu
rū i isto sermone tm ad eius veritatē pro
bādā studebim⁹ inuigilare: que trib⁹ mo
dis haberi poterit. Pmo lucida rōne
Secundo antiqua figuratione. Tertio
multiplici auctoritate.
ℭ Pars prima hui⁹ smonis in q pro/
batur iudiciū eē vētuz lucida rōne.
p Rimo probatur iudiciuz eē vē/
turū lucida rōne. Nā fm sniaz
Scoti i. iiij. di. xlvij. Et Ric. ibi/
dē ar. i. q. i. z Tho. ibidē in eadez di. z in.
iij. parte di. xl. ar. v. Quatuor rationibus
duplicatis probatur iudiciū esse ventuz
Primo ratione equitatis z plenitudinis
Secundo ratione incertitudinis z pari/
litatis: Tertio rōne puritatis z veritatis.
Quarto ratione vtilitatis z mutabilitatis.
ℭ Prio pbat rōne eqtatis .s. diuine iu
stitie que requirit iudiciū eē venturū: q
more bilantie ponderat merita z deme/
rita hoiuz: z fz iusticiā pbat vl' reprobat
Cum igitur quottidie videamus bonos
mala pati in hoc mundo: z malos ecō/
uerso gaudere z sublimari quid indicat
illud nisi in hoc mundo non esse iustitiā
diuinam suam equitatem consecutam z
Idcirco venturū est iudicium vbi cuili
bet retribuet equaliter fz merita z deme
rita. Vn Aug. xxij. de ciui. dei. ij. c. hanc
rationem approbans ait. Iste quippe di
es iudicij proprie iaz vocatur: eo q nul/
lus ibi erit imperitie aut querele loc⁹: cur
iniust⁹ ille sit felix: z cur ille iustus ifelix
Oium nāqz tunc nō nisi bonorū vera z
plena felicitas: z omnium nō nisi malo
rum digna z summa infelicitas appare/
bit. Nunc aūt z equo aio mala ferre di/
scimus q patiunt z boni: z bona nō ma
gnipendere q adipiscūt z mali. ac p hoc
etiam in his reb⁹ in quib⁹ nō apparet di
uina

uina iustitia salutaris est diuina doctrina. Nescimus enī quo iudicio dei bonus ille sit paup̄: malus ille sit diues. Iste gaudeat quē p̄ suis perditis moribus cruciari debuisse merorībus arbitramur: ꝯtristetur ille quē vite laudabil' meritū gaudere d̄buisse persuadet: exeat de iudicio non solū iniustus. veꝝ etiā dānatus innocens: aut iniq̄tate iudicis p̄ssus: aut falsis obrut⁹ testimonijs. ecōuerso scelest⁹ aduersarius ei⁹ nō solū impunit⁹: veꝝ ēt iudicat⁹ insultet. Impi⁹ optīe valeat pius languore tabescat. Latrocinēt̄ sanissimi iuuenes: ⁊ qui nec v̄bo quēq̄ȝ ledere potuerunt diuersa morboꝝ atrocitate affligant. Infāo vtilis reb⁹ humanis imminatura morte rapiat̄: ⁊ q̄ videt̄ nec nasci debuisse diutissime insuper viuat. plen⁹ criminib⁹ sublim et honorib⁹: ⁊ hoiēȝ sine querela tenebre ignobilitatis abscōdāt: ⁊ cetera hmōi que q̄s colligit q̄s enūerat: Que si haberent in ipsa velut absurditate constantiā: vt in hac vita in q̄ hō sicut sacer psal. eloquitur. Uanitati simil' factus est. dies ei⁹ sicut vmbra pretereūt nō nisi mali adipiscerent̄ transitoria bona ista atq̄ȝ terrena: nec nisi bōi talia paterent̄ mala: posset hoc referri ad iudicium dei iustū siue benignū vt qui nō erāt assecuturi bona eterna que faciūt beatos temporalibus vel deciperentur p̄ malitia sua: vel p̄ mīa dei ꝯsolarent̄ bonis: ⁊ q̄ n̄ erant passuri eterna tormenta tp̄alibus vel p̄ suis quibuscunq̄ȝ ⁊ q̄ȝtulisc̄ūq̄ȝ peccatis affligerent̄: vel p̄pter implēdas v̄tutes exercerent̄ malis. Nunc v̄o quando non solum in malo sunt boni ⁊ in bono mali, quod videtur iniustum: verumetiā plerūq̄ȝ ⁊ malis mala eueniunt ⁊ bonis bona p̄ueniūt magis inscrutabilia sūt iudicia dei ⁊ inuestigabiles vie ei⁹. Quāuis ergo nesciam⁹ quo iudicio de⁹ ista vel faciat vel fieri sinat: apd̄ quē sūma virtus ⁊ sūma sapiētia sūmaq̄ȝ iustitia: nulla infirmitas: nulla temeritas: nulla iniquitas: salubriter tn̄ discimus n̄ magnipendere: seu bona seu mala q̄ discimus ⁊ videmus eē bonis malisq̄ȝ cōmunia. ⁊ ista bona querere que bonorū: atq̄ȝ illa mala maxime fugere que p̄pria sūt maloꝝ. Cū v̄o ad illud iudiciū dei venerim⁹ cui⁹ tp̄o p̄prie dies iudicij: ⁊ aliqñ dies dei nuncupat̄ non solum quecunq̄ȝ tunc iudicabunt̄: verūetiam quecūq̄ȝ ab initio iudicata: ⁊ quecūq̄ȝ vsq̄ȝ ad illud tēpus adhuc iudicāda sunt apparebūt esse iustissima. hec ille. Et sic p̄ȝ ratione equitatis futuruȝ esse iudicium.

¶ Confirmantur ista etiaȝ respectu plenitudinis: q̄ pena que ante iudiciuȝ cōplete inflicta non fuerit complebitur i extremo iudicio postq̄ȝ impij cruciabunt̄. quo ad corpus ⁊ quo ad animam simul tunc enim resumptis corporibus augebitur intensiue ⁊ extensiue p̄mium beatorum: ⁊ suppliciū damnatoꝝ. Non enim eēt plena iustitia si beati q̄ cum corpore deo seruierūt: etiam cū corpore n̄ p̄miarent̄: ⁊ ecōuerso dānati cū corpore n̄ dānarent̄. Et p̄ hoc soluit̄ ista rō que posset fieri per locū ab auctoritate p̄phe. Nau primo. Non iudicabit deus bis in idip̄ȝ quod habetur. lxxxi. di. c. p̄sbyter. xiij. q. ij. q̄ sitū. xxiij. q. v. q̄d ergo. de pe. di. iij. §. his auctoritatib⁹. ⁊. §. auctoritas. ⁊. c. qui erat. Cū igit̄ nūc de⁹ iudicat de singulis hoīum operibus: cū cuilibet post mortē retribuit penā ⁊ gliam. ergo ⁊c. quia illō iudiciū de quo h̄ loquit̄ fiet in corpore ⁊ anima simul. Illud autem quod factuȝ ē in morte solū ē de anima. Igitur rōne isti⁹ plenitudinis aliō futuꝝ iudicium ē.

¶ Scd̄o idē p̄bat̄ rōne icertitudinis ⁊ parilitatis: incertitudinis dico licet enim cuilibet hoi ante extremū iudiciū sit certa noticia de sui damnatione vel p̄mio: nō tn̄ oib⁹ oium dānatio seu p̄miū innotescit. Et ideo vt quilibet de alterius statu sit certus: ⁊ cuilibet innotescat iudicium dei eē veꝝ ⁊ firmū: necessariū ē iudiciū gnāle esse venturū: ⁊ per hoc soluit̄ alia rō q̄ fieri posset sic. Non adducūtur aliqui in mediū nisi ad hoc vt iudex certificetur pro causa: sed omnia certa sunt iudici iuxta illud Hebre. iiij. Oia nuda sunt ⁊ apta oculis ei⁹: q̄ sniā etiā habet̄.

Daniel.xiii.et.ij.q.i.deꝰ noster oīpotēs.
⁊.q.v.c.presbiter.ergo ⁊c. Quia ista ma
ior ē falsa: imo ēt in iudic͛io humano iu-
dice assistente certa de cā vocant hoīes
ad iudiciū vt assistentibꝰ cā manifestet͛:
⁊ ꝺm ordinē iudicioꝝ ꝓcedit: q͛i snīa a ꝑ
side ꝓlata ꝯ iudicioꝝ ordinē auctēm rei
iudicate nō obtinet.ij.q.vi.§.idē.⁊ extra
de sen. ⁊ re iudi.c.inter ceteras. ¶ Con-
firmatur hoc respectu ꝑilitatis siue corre
spondentie: ait enim Aug.in epl'a d͛ fine
mūdi ꝙ oīs hō hꝫ duo iudicia: vnū scꝫ li
cet ꝑticulare aliō vniuersale. Particula
re est in tꝑe cuiuscūqꝫ. Uniuersale erit i
die extremi iudicij in fine mūdi. Et ꝺm
Aug.ibidē qualisqꝫ hinc egredit͛.i.in
die mortis corporalis: talis in die illo.s.
extremi iudicij ꝑntabit͛ vt qđ factum fue
rat inuisibiliter ⁊ corporaliter fiat publi-
blice ⁊ vniuersal'r: ⁊ sic patet respectu in
certitudinis ⁊ parilitaꝫ vētuꝝ eē iudiciū.
¶ Tertio hoc idem ꝓbat͛ ratione ꝑtātis
⁊ veritatis. Potestatis dico quia.xp̄s in
carnatus in primo aduētu mundo inco
gnitus fuit: vt igit͛ eiꝰ potestas ⁊ sublimi
tas semel a toto mūdo cognoscat͛ neces-
se ē ꝙ appareat in secūdo aduētu. hoc ē
in iudicio i quo iudei aliiqꝫ īfideles ipm
⁊ ꝑtātē eiꝰ cognoscēt ⁊ opa bōa ⁊ ꝑfecta
ipsiꝰ approbēt q̄ i hoc mūdo non appro-
bauerūt. Et de hoc oēs testificent ⁊ glo
rificent ipm tanqꝫ deū: vt impleat͛ illud
Esa.xlij. Gliaꝫ meā alteri nō dabo. Cō
firmat͛ illud respectu veritatis. Nā theo-
logi oēs cōcludūt necessariū eē vēturuꝫ
iudiciū q: veritas dixit Luc.xxi. Celū ⁊
terra transibūt verba aūt mea nō trāsi-
būt. Cū igit͛ ipse dixerit iudiciū eē vētu-
rū Math.xxv. ⁊ in pluribꝰ aliis locis vt
infra patebit: nec nō Math.iij. dixerit
Nihil opꝰi qđ nō reuelet͛: ⁊ occultū qđ
nō sciat͛.sup q̄bꝰ v͛bis dicit Hiero. Quō
iustificabit͛ qđ v͛itas dicit: quia vidimus
multa occulta bona ⁊ mala q̄ nō possūt
sciri? Et rn̄dit ibidē di.ꝙ nō intelligitur
illud occultū reuelari in hoc mūdo: sed
in die iudicij qn̄ oīa nuda ⁊ apta erunt:
sequitur iudicium gnāle eē venturuꝫ vt
adimpleantur iste veritates ⁊ ꝑ hoc sol-
uitur aliō argu. qđ possꝫ fieri ab auctate
euāgelij sic Jo.xij. dictū ē a xp̄o. Nūc iu
diciū ē mūdi: ergo si ē factū nō ē futuꝝ
q: ꝺm Aug.omel'.lij.sup Jo. illud v͛buꝫ
intelligit͛ de iudicio qđ xp̄s fecit qn̄ post
suā mortē iuste liberauit ex seruitute dia-
boli humanū genꝰ. qđ ꝓbat͛ ꝑ hoc ꝙ im
mediate post v͛bū ꝑdictū subiungit͛. Nūc
ꝑnceps hiꝰ mūdi eiiciet͛ foras. ⁊ sic pꝫ ra
tione ꝑtātis ⁊ v͛itatis futuꝝ eē iudicium.
¶ Quarto ēt ꝓbat͛ rōne vtilitatis ⁊ mu
tabilitatis. Utilitatis dico: quia ꝓpter bo
noꝝ ꝑfectū mō ꝯmixti inueniunt͛ mali
bonis ⁊ ecōuerso: iō dicunt theologi ꝙ
mō differt͛ ꝑmutatio vniꝰ ꝑ alioꝝ vtilitate
q: pene vniꝰ ad ꝑfectū alteriꝰ cedunt: sed
tūc vlteriꝰ nō erit locꝰ vt mali ꝑ bonos vł
boni ꝑ malos ꝑficiant. ⁊ iō tunc erit vti
lis separatio bonorum a malis: ergo ⁊c.
Cōfirmat͛ illud respectu mutabilitaꝫ: iu
diciū enim d͛ hoīe dari nō pōt q̄ꝫdiu ꝑt
mutari d͛ bono ad malū ⁊ ecōuerso: aut
de bono ad meliꝰ ⁊ ecōuerso: ergo f'stat
iudiciū generale post qđ nullꝰ mutari po
terit eē vētuꝝ: ⁊ ꝑ hoc soluit͛ alia rō q̄ pos
set fieri sic: Uita hoīs terminat͛ ꝑ mortē.
⁊ iō pꝰ mortem non dꝫ eē iudiciū aliqđ:
q: ꝺm Tho. vbi.s. Quāuis vita hoīs per
mortē terminet͛ ꝑ ꝑte n̄ tn̄ in toto eo qđ
hō mortuꝰ aliq̄liter viuit in memoria ho
minū. Nā hō mortuꝰ pōt ꝯsiderari q̄ꝫ-
tū ad q̄tuor. Pꝛio q̄ ad memoriā ꝺꝫ ꝙ
hō mortuꝰ adhuc viuit in memoria ho-
minū in q̄ memoria qn̄qꝫ ꝯ v͛itatem re
manet hō bōe vel male fame. Secūdo
ad familiā inq̄ꝫtū boni patris remanēt fi
lij mali: ⁊ mali pr̄is boni filij: ⁊ boni bo
ni ⁊ mali mali. Tertio q̄ ad opa inq̄ꝫtuꝫ
bonoꝝ ⁊ maloꝝ opa nō fuerunt ꝑfecte
remunerata. Quarto q̄ ad fortunā inq̄ꝫ
tuꝫ ipi in pn̄ti vita fūt ꝓspati ⁊ boni affli
cti. Et frequēter ēt videmꝰ ꝙ corpora dā
natoꝝ tradūt͛ honorifice sepulture: scōꝝ
v͛o vel ꝯburunt vel insepulta relinquūt͛.
Cū igit͛ de his oībꝰ ꝑfectū ⁊ manifestum
iudiciū hꝛi n̄ possit q̄ꝫdiu huiꝰ tꝑis cur-
sus durat: iō oportet eē finale iudiciū in
nouissimo

nouissimo die: in q̄ pficete id q̇d ad vnū
quēq; ptinet hoīem q̄cūq; mō perfecte
et manifeste diuidat. Et sic pz pars pria.
¶ Pars secūda in q̄ ꝓbat iudiciū esse
vēturū antiqua figuratione.

Ecūdo igit ꝓbat iudiciū eē vētu
rū q̄druplici figuratione: q̄ ha-
bētur Daniel. vij. Pria de anti-
xpi ꝑsecutiōe. Scḋa de mūdi pturbatio
ne. Tertia de administrantiū aduentiōe
Quarta de iudicis ↄditione. ¶ Pria fi
gura ē de antixpi ꝑsecutione. Vn̄ ibidē
dr. Videbā in visione mea nocte: et ecce
quatuor venti celi pugnabant i mari ma
gno: et q̄tuor bestie grādes ascēdebāt de
mari magno diuersa inter se. Prima q̄
si leena et alas hēbat agle. Aspiciebā do
nec auulse sūt ale eius et sublata ē de ter-
ra: et sup pedes quasi hō stetit et cor eius
datū ē ei. Et ecce bestia alia silis vrso in
parte stetit: et tres ordines erant i ore ei⁹
et in dentib⁹ ei⁹. Et sic dicebāt ei. Surge
comede carnes plurimas: post hec aspi
ciebā: et ecce alia quasi pard⁹ et alas ha-
bebat q̄tuor sup se et q̄tuor capita erant
sup se et ptās data ē ei. Posthec aspicie-
bā in visione noctis: et ecce bestia q̄rta
terribil atq; mirabilis et fortis nimis: dē
tes ferreos hēbat magnos comedēs at-
q; ↄminuēs: et reliq̄ pedib⁹ suis ↄculcās
Hec ibi. Vbi notat pzio q̄ vētura sūt an̄
ꝑsecutionē antixpi qū dr q̄tuor venti ce
li pugnabant in mari etc. Nā mare ma-
gnū et spaciosū pn̄s seculū intelligi pt in
q̄ an̄ iudiciū multa bella insurgent sicut
Luc. xxij. scriptū ē. Surget gēs ↄ gētē et
regnū aduersus regnū: et terremot⁹ erūt
magni ꝑ loca: et pestilētie et fames: terro
resq; de celo et signa magna erunt. Heu
me. q: hodiernis tpib⁹ videm⁹ ista mlti
plicari q̄ nihil aliud clamāt nisi persecu-
tionē antixpi ꝓpe vēturā: et iō statī sub-
iungitur. Et q̄tuor bestie grandes ascē-
debāt de mari diuerse iter se: q̄ sunt anti
xpi ꝑsecutiones q hoīes cū q̄tuor bestia
lib⁹ vitijs aggrediet: et q̄si totū mūdū se
ducet. Primo p fastigiū supbie et illō ē
leena alata: q: hoīes alatos fac. i. supbos

Et hoc antixps faciet qn̄ honores: digni
tates et seculi pōpas hoīb⁹ ꝑdicabit: ofn̄-
det ꝓmittet: et dabit: eiusmōi signa apte
videm⁹. Scḋo per incitamētū luxurie
q: antixps luxuriari faciet: sacrū matri-
moniū destruet: libidinē ꝑdicabit: vt ad
se plurimos attrahat. Et illud vitiū ē vr-
sus in cuius ore sūt tres ordines: q: tria
ꝑncipalia pctā luxurie tūc tpis mltiplica
bunt. s. sodomie: adulteria: et sacrilegia.
Et iō sequit: q: dictū ē ei. s. luxurie. Sur
ge comede carnes plurimas: q: q̄si oēs
gnātiones istis abhominabilibus vitijs
maculabūt: qḋ hodiernis tpib⁹ vt mihi
vr ꝓximū demonstrat. None sodomie
plen⁹ ē mūd⁹? vtiq; adulterij et sacrilegij
plenus est. Tertio ꝓpter blādimētū hy-
pocrisis et asturie: q: scitatē simulabit et
falsa miracula faciet: et sic istud vitiū est
pardus: q velut hypocrisis varietate co-
lorū depictus est. O quot hodiernis tpi-
bus antixpi facti sūt: scitatem simulātes
et mirabilia facere fingētes: q ꝑcursores
antixpi ꝓtin⁹ vēturi dici possunt. Quar-
to ꝑ tormētū crudelitatis et ire: quia quos
ꝑdictis mōis ad se trahere nō poterit ꝑ
penas terribiles et martyria deuastabit et
illud vitiū ē significatū ꝑ illā bestiā terri-
bilē d̄ qua dictū est q magnos. i. electos
deuorabit: et reliq̄ pedib⁹ conculcabit: de
qb⁹ oīb⁹ expressius ꝓphauit Jo. Apoca.
xiij. d. Bestia quā vidi silis erat pardo. i.
i astutia: et pedes eius sicut pedes vrsi. s.
in luxuria: et os eius sicut os leonis. i. in
supbia: et dedit illi draco. i. lucifer v̄tutē
et ptātē magnā. i. in malicia. Et sic pz pri-
ma figura iudicij vēturi. ¶ Scḋa figu-
ra ē de mūdi hui⁹ ꝑturbatione q̄ i codē
c. a Daniele describit vbi sic dicit. Thro-
nus ei⁹ flāma ignis: rote eius ignis accē
sus: fluuius igneus: rapidusq; egredie-
batur a facie eius. Hec ibi. q nō ē aliud
dicere nisi ad literam q ignis vastās et
purgās ad modū fluminis iundāns cū
cta terrena vastabit: ethera v̄o purgabit
vt infra patebit. ¶ Tertia figura ē de ad
ministrantiū aduentione: q̄ in eodem. c.
a Daniele d̄scribit. vbi sic ait. Milia mi

lii̅ ministrabãt ei: ⁊ decies cẽtena milia assistebant ei: iudiciũ sedit ⁊ libri aperti sũt cõscie. ⁊ ita infra. Et vidi ꝙ interfecta eẽt bestia ⁊ perisset corpus eius. Hec ibi. Ubi tria obsequia angeloꝝ describũt. Judicij preparatio cũ dr̃: iudiciũ sedit: qḋ sedere ꝑ angelos fiet: qꝛ mortuos suscitatos vndiqꝫ adducẽt. vt .ĩ. patebit. Secũdo iudicij assecutio cũ dr̃. libri aperti sũt. i. cõscie ⁊ opa singuloꝝ: quoꝝ operũ ⁊ ꝯsciaꝝ angeli testes erũt vt .ĩ. patebit. Tertio antixp̄i interfectio cũ dr̃. Uidi ꝙ interfecta eẽt bestia illa: qꝛ archãgelus michael eũ. s. antichristũ iterficiet. ¶ Quarta figura ẽ de iudicis cõditiõe q̃ i ꝑdicto. c. a Daniele significata ẽ: vbi dr̃. Ecce cũ nubibus celi q̃si filiꝰ hois veniebat. ⁊ vsqꝫ ad antiquũ dieꝝ ꝑuenit: ⁊ in ꝯspcũ eiꝰ obtulerũt eũ: ⁊ dedit ei ptãtẽ ⁊ honorẽ ⁊ regnũ vt oẽs populi tribus ⁊ lingue ipsi ſuirent. Ptãs eiꝰ potestas eterna: q̃ nõ auferet. Hec ibi. Qḋ non ẽ aliud dicere nisi ꝙ filius dei q ẽ antiquꝰ dierũ: qꝛ eternꝰ ẽm diuinã ꝑsonã: cuiꝰ auctoritate eius hũanitas iudicat. Et iõ dr̃ ꝙ filius hois ꝑuenit ad ãtiquũ dieꝝ: qꝛ dũ mediũ silentiũ tenerẽt oia vnitus est filꝰ hois filio dei: cuiꝰ potestas erit eterna nec auferet: qꝛ sic Math. xxv. scribit Ibũt. s. mali in suppliciũ eternũ: iusti ãt in vitã eternã: ꝓut ꝑ xp̄m in iudicio determinatũ erit ẽz coꝝ merita atqꝫ demerita. Et sic patet secũda pars.

¶ Pars tertia in qua ꝓbat iudiciũ esse venturũ multiplici auctoritate.

t

Ertio probat futuꝝ eẽ iudiciũ triplici via. s. auctoritate ñ vnica ẽz multiplici: nõ vno teste ẽz cõ pluribus. ¶ Naꝫ regulariter duo testes sufficiũt. ff. ḋ testi. l. vbi nũerꝰ. iiij. q. iij. §. i criali. ḋ si. itẽ. vbi hoc idẽ asserit Host. Gof. ⁊ Durã. lib. ij. pte. ij. di. xiiij. q. ij. Et aliqñ statur testimonio vniꝰ in hĩs in qbꝰ alteri p̄iudiciũ nõ infert: puta si dubitatur de aliquo an fuerit baptizatus: vel si ecclesia fuerit ꝯsecrata. de conse. dist. iiij. ꝑuulos. ⁊ c. omnia itaqꝫ. Itez qñ q̃ritur vtrũ aliquis sit emendatꝰ de crimine statur testimonio sacerdotis. extra de testi. c. testimoniũ. Itẽ in correctiõe fraterna super prima correctione caritatiua ꝑ numeꝝ solũ ꝓceditur: quia nec aliter põt: extra de testi. in ꝯoi. Itẽ aliquãdo requirũtur plures q̃ duo: vt puta in donationibus causa mortis vbi requirũtur quinqꝫ testes. C. de dona. cau. mor. l. fi. ⁊ i codicillis. C. de codici. l. fi. in fi. In testamẽtis ḋo regulariter ẽm leges septez testes requiruntur. insti. de. testa. §. finali. ⁊ C. e. l. hac cõsultissima. hoc tamẽ fallit: qa quandoqꝫ valet sine teste: vt si miles in bello scribat ⁊ moriat. C. ḋ test. mil. l. milites. ¶ Quandoqꝫ sufficit vnus vt si fiat coram imperatore. C. e. l. omniũ. Nã tunc ille vnus testis ẽ imperator qui sufficit. Quandoqꝫ duo vt iter filios. C. co. l. hac consul. Similiter etiam in his que sunt ad pias causas. extra co. c. cũ esses. ⁊ c. relatũ. Quãdoqꝫ tres vel quattuor: vt ex speciali priuilegio. C. e. l. si non speciali. ⁊ l. si vnus. ¶ Notãdũ tñ ꝙ ꝑdcã solẽnitas testiũ videt abrogata per ius canonicũ ac etiam diuinũ. ⁊ per quod duo vel tres fidedigni testes sufficere videntur iuxta illud Math. xviij. In ore duorũ vel trium constat omne verbuz. Qḋ etiam habet Deutro. xix. ⁊ ij. Chor. xiij. ⁊ ij. q. iiij. c. i. ⁊ .xxxv. q. vi. ab isto die. ⁊ extra de testi. c. lz vniuersis. ¶ Uñ tamẽ vt animus noster magis exercitet ad expectandum futurũ iudicium non vno teste vel duobus sed cõplurimis venturuz esse probabimus: ⁊ sicut superiꝰ quadruplici ratione ⁊ figuratione ꝓbatum est: ita nunc quadruplici auctoritate hoc idẽ demonstrabimus. Primo auctoritate Mosayca ⁊ prophetica. Secundo auctoritate euangelica ⁊ apostolica. Tertio auctoritate canonica ⁊ auctẽtica. Quarto auctoritate phĩca ⁊ politica. ¶ Prio probatur auctoritate prophetica ⁊ Mosayca sic Gentẽ cui seruituri sunt ego iudicabo. Gene. xv. Mane in notum faciet dominꝰ qui ad se ꝑtineant ⁊ sãctos applicabit

cabit

cabit sibi: ⁊ quos elegerit appropinqua-
bunt ei. Numeri.xvi. Inuocabo cõtra eos
celum ⁊ terram.s.in die iudicij. Deutro.
xxxi. Judicabit dñs populũ suũ: ⁊ in ser
uis suis miserebit. Deutr.xxxij. Si acue
ro vt fulgur gladiũ meũ: ⁊ arripuerit iu
diciũ man⁹ mee reddã vltionez hostib⁹
meis. ⁊ his q oderũt me retribuã ibidez
Dñs iudicabit fines terre: ⁊ dabit impe
rium regi suo ⁊ sublimabit cornu xp̄i sui
Dauid.i. Reg.ij. Ve genti insurgẽti su
p gen⁹ meũ dñs.n.oĩpotẽs iudicabit in
eis i die iudicij visitabit illos. Judith.xvi.
si fuero iudicat⁹. scio q: iust⁹ ĩueniar. Job.
xiij. Fugite ergo a facie gladij: quoniam
vltor iniquitatũ est gladius: ⁊ scitote esse
iudiciũ. Job.xix. Quid faciam cum sur
rexerit ad iudicandũ dominus: cũ q̃sie-
rit quid respondebo illi. Job.xxxi. Judi
ca me s̃m iustitiã meam ps. vij. Cogno
scetur dominus iudicia faciens.ix. Pa
rauit in iudicio thronum suũ ⁊ ipse iudi-
cabit orbem terre in equitate: iudicabit
populos i iustitia. Ibidez. De vultu tuo
iudicium meũ prodeat: oculi tui videãt
equitates.xvi. Judicabit pauperes ppli
⁊ saluos faciet.lxxi. Cum accepero tem-
pus: ego iusticias iudicabo .lxxiiij. Judi
cabit populos i equitate.xcv. Honor re
gis iudicium diligit.xcviij. Judicabit in
nationibus implebit ruinas.cix. Cogno
ui quia faciet dominus iudicium ino-
pis.cxxxix. Facit iudicium iniuriam pa
tientibus.cxlv. Nõ facias violentiã pau
peri: q: pauper est: nec conteras egenuz
in porta: quia domin⁹ iudicabit causam
eius. Prouerbi.xxij. Egredietur a dño
iudicium singulorum.xxix. Justũ ⁊ im-
piũ iudicabit dominus. Ecclesiastes.iij.
Letare ergo iuuenis in adolescentia tua
⁊ in bono sit cor tuuz in diebus iuuentu
tis tue: ⁊ ambula in vijs cordis tui: et in
tuitu oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ scito q̃ p omnib⁹
his adducet te deus in iudicium. Eccle-
siastes.xi. Cuncta que fiunt adducet de⁹.
in iudiciũ pro omni errato siue bonũ¹ si
ue malũ sit. Ecclesiastes.xij. Non prete
reet illum corripiens in iudicio. Sapiẽ.

i. Fulgebunt iusti ⁊ tanq̃ ⁊c. Sapien.iij.
Tunc.s.in die iudicij stabunt iusti in ma
gna cõstantia aduersus eos qui se angu
stiauerunt: ⁊ qui abstulerunt labores il-
lorũ videntes ⁊c. Sapien.v. Qui nõ cu
stodierint institiaz iuste iudicabuntur: ⁊
qui didicerint iusta inuenient quid respõ-
deant. Sapien.vj. Quis enim dicet tibi
quid fecisti? aut quis stabit contra iudici
um tuum. Sapien.xii. Ante iudiciuz pa
ra iustitiam. Ecclesiastici.xix. Judicabit
gentes ⁊ arguet populos. Esa.ij. Domi-
nus ad iudiciũ veniet cum senioꝛib⁹ po-
puli sui. Esa.iij. Quid facietis in die visi
tationis ⁊ calamitatis: ad cuius confu-
gietis auxilium. Esa.x. Judicabit in iu-
stitia pauperes, ⁊ arguet in equitate pro
mansuetis terre. Esa.xi. Ecce veniet di-
es domini crudelis ⁊ indignationis ple
nus: ⁊ ire furorisq̃. Esa.xiij. Eos v̉o qui
iudicauerunt te: ego iudicabo: ⁊ filios tu
os ego saluabo. Esai.xlix. Attendite ad
me popule meus ⁊ tribus: mea audite:
quia lex a me exiet ⁊ iudicium meum
in lucem populorum requiescet. Esa.lj.
Omne vas quod fictum est contra te nõ
diriges: ⁊ omnem liguam resistentem ti
bi non iudicabis. Esa.liij. Ecce saluator
tuus veniet ⁊ merces eius cum eo. Esa.
lxij. In iudicio contendam vobiscum.
ait dominus: ⁊ cuz filijs vestris disceptа
bo. Hieremi.ij. Te autem non faciaz in
consummationez: sed castigabo te in iu
dicio vt tibi non videaris innoxius. Hie
rẽias.xxx. Judicabo te iuxta vias tuas.
Ezechi.vij. Judicabo te in iudicijs adul
terarum ⁊ effundentium sanguinez ⁊ da
bo te in sanguinem furoris ⁊ zeli. Ezech.
xvi. Dies illa dies ire: dies tribulationis
⁊ angustie: Dies calamitatis ⁊ miserie:
Dies tenebrarum ⁊ caliginis: dies nebu
le ⁊ turbinis: dies tube ⁊ clangoris. So-
pho.i. Magnus dies domini ⁊ terribi-
lis valde: et quis sustinebit illum? Joe-
lis.ij. Consurgant ⁊ ascendant gentes
in valle Josaphat: quia ibi sedebo vt iu
dicem omnes gentes. Joelis.iij. Judi-
cabit populos multos; ⁊ corripiet gẽtes

Michee.iiij. Quis poterit cogitare diē
aduētus eius: ⁊ quis poterit stare ad vi-
dendū eum: ipse enim quasi ignis con-
flans. Mala.iij. Ecce ego mittam vob
Helyam prophetam anteꝗ̄ veniet dies
domini magnꝰ ⁊ horrēdus. Mala.iiij.
Et sic patet multis prophetarū testimo
nijs iudicium esse venturū. ¶ Scdo ꝓ
batur auctoritate euangelica ⁊ apostoli-
ca sic. Quicunqꝫ non receperint vos ne
qꝫ audierint sermones vestros. Et infra
Amen dico vobis tolerabilius erit terre
sodomorum in die iudicij ꝗ̄ ciuitati illi
Mathe.x. Ve tibi corozaym: ve tibi
bethsayda. Et infra. Uerumtamen dico
vobis quia terre sodomorū in die iudi-
cij remissius erit ꝗ̄ tibi. Math.xi. Exi-
bunt angeli ⁊ separabunt malos de me
dio iustorum: ⁊ mittent eos in caminū
ignis. Mathei.xiij. Quomodo fugietis
a iudicio. Mathei.xxiij. Hi prolixꝰ iu-
dicium accipient dixit Jesus phariseis.
Mathei.xij. Tūc videbunt filiū homi
nis venientem in virtute magna ⁊ glia.
Mathei tredecim. Vigilate itaqꝫ omni
tempore orantes. vt digni habeamini fu
gere ista omnia q̄ ventura sūt: ⁊ stare an̄
filium hois. Luce.xxi. Pater oē iudiciū
dedit filio. Jo.v. Et sic patet oibꝰ euāge
listis testātibꝰ iudicium fore venturum.
¶ Probat etiā auctē aplica sic discurrē
do Nolite an̄ tpꝰ iudicare q̄ adusqꝫ ve
niat dn̄s q ⁊ illūiabit abscōdita tenebra
rū ⁊ manifestabit ꝯsilia cordiū. i. Chor.
iiij. Si nosmetipsos iudicaremꝰ non vti
qꝫ a dn̄o iudicaremur: dū iudicamur a
dn̄o corripimur: vt n̄ cū hoc mūdo dā-
nemur. i. Chor.xi. Oēs eni nos manife
stari oꝫ an̄ tribunal xp̄i. vt referat vnus-
quisqꝫ ꝓpria corpis ꝓut gessit siue bonum
siue malū. ij. Chor.v. Quorūdā hoium
peccata manifesta sunt precedētia ad iu-
diciū. i. Thi.v. Testificor corā deo ⁊ xp̄o
Jesu q iudicaturus ē viuos ⁊ mortuos ꝑ
aduētū ipsiꝰ ⁊ regnū eiꝰ. ij. Thi.iiij. Non
rursū iacietes fundamētū pnīe ab opibꝰ
mortuis: ⁊ fidei ad deū baptisma tū do-
ctrine īpositiōis qꝫ manuū ac resurre-
ctionis mortuoꝝ ⁊ iudicij eterni. Heb.
vi. Judiciū sine misericordia fiet ei q nō
fecit ⁊c. Jaco.ij. Nolite ingemiscere fra
tres mei in alterutrum vt nō iudicemini
ecce iudex ante ianuam assistit. Jaco.v.
Nouit dominus pios de temptationibus
eripere: iniquos v̄o in diem iudicij cru-
ciandos reseruare: magis autē eos qui
post carnē i ꝯcupiscētia ⁊ imūdicia am-
bulāt dn̄ationēqꝫ ꝯtēnūt. ij. Pe.ij. Ad
ueniet autē dies dn̄i vt fur. in q̄ celi ma-
gno īpetu trāsient: elemēta v̄o calore sol
uent ⁊ terra: ⁊ ea q̄ i ipa sūt oia opa eru-
rētur. ij. Pe.iij. Cū igitur hec oia dissol-
uēda sint: quales oportet eē nos in sanctꝭ
ꝯuersationibꝰ ⁊ pietatibus: expectātes ⁊
properantes in aduētu dn̄i. dei Jesu xp̄i
Filij manete in eo. s. xp̄o: vt cū apparue
rit habeamꝰ fiduciā ⁊ nō ꝯfūdamur ab
eo i aduētu eiꝰ. i. Jo.ij. Et vidi mortuos
magnos ⁊ pusillos stātes i ꝯspectu thro
ni ⁊ libri aperti sūt. ⁊ alius liber aptus est
qui est vite: ⁊ iudicati sunt mortui ex his
que scripta erant in libris ipsorū. Apoc.
vi. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecū
est: dare vnicuiqꝫ s̄m opera sua. Apoca.
vlti. Uos metipsos in dilectione dei ser-
uate expectantes misericordiam dn̄i no
stri Jesu xp̄i. Jude.ij. Et sic patet predi-
ctis testimonijs apostolorum venturū
esse iudicium. ¶ Tercio idem probatur
auctoritate canonica ⁊ auctētica. s. decre
torum ⁊ sanctorum doctorum: decretoꝝ
di. Nā.ix.q.iij.c. aliorū dicit. Nolite exi-
stimare eas animas ingstiorionon ha-
bere formidinem: quas deus preciencis
suo reseruauit examini: nō habet apud
illum reus de allegatione victoris subsi-
dium: quando ipsorū factoꝝ vtitur teste
Quo iudice. Hec ibi. Et xv.q.vi.c. si sa-
cerdotibꝰ describitur sic. Cū magis īspe
ctor cordis sit dn̄s ꝗ̄ operis non ꝑt hu
mano cōdēnari examine quē suo dn̄s
reseruauit iudicio. Si omnia nāqꝫ i hoc
seculo vindicata essent locum diuina iu
dicia non haberent. Hec ibi. Et.xxiij.q.
v. sic dicit in.c. quid ergo. Scitote cū iō
a dn̄s reddidisse supplicia ne i eternū
puniret

cio.⁊.ij.q.v.c.sacerdotibꝰ.sic ꝺ scribitur. Nescimꝰ qs in terribili iudicio dei: qualꝭ futurꝰ sit: etenī Paulꝰ egregiꝰ ꝑdicator dicit. Nolite añ tēpus iudicare: q̄adusq; veniat dñs ⁊c. Nā sūt multa q̄ de illius iudicio hoīes ignorant: qꝛ fortassis que vos laudasꝫ ille reprehēdet: ⁊ q̄ vos reprehēdisꝫ ille laudabit. Hec ibi. Et.xxv.dis.i c.q̄lis dꝭ Qualis hic q̄sq; egreditur: talꝭ in dei iudicio ꝑntatur. Hec ibi. ¶ Confirmātur etiā ista auctoritatibꝰ scōꝝ.doc. vñ Ambro.in sermone de diuite cuius ager vberes fructꝰ attulit qui incipit. Duplex est tētationū spēs: sic ait. Sz ubi iterū añ faciē adducā ipsiꝰ iudicij futuri formas vt intelligas quales tibi genitꝰ recōdas. O q̄ multi precij tibi in die iudicij. sermo ille videbit.q ait. Uenite bñdicti patris mei ꝑcipite regnū ⁊c. Qualꝭ tibi horror qualisq; sudor: quales tenebre supuenient audienti ꝯdēnationis illiꝰ sētentiā qua dꝭ. Discedite a me maledicti in ignē eternū. Neq;.n.his ꝺbis q aliena inuasit arguit: sed is q non ꝯmuniter vsus est his q̄ habuit ꝯdēnat. Et in li.ꝺ officijs idē ait. Nihil est qꝺ magis ꝑficiat ad vitā honestā: q̄ vt credamꝰ eū iudicē vēturꝝ: quē ⁊ occulta nō fallāt: ⁊ indecora offendant: ⁊ honesta delectent. H ille. Itē Greg. sup Math. ait. In maiestate visuri sunt quē in humilitate viderꝭ noluerūt: vt tanto districtiꝰ ꝺtutē suā sētiant quāto ceruicē cordis eiꝰ ad pniam ñ īclinant. Et in alia Omelia sic ait. In extremo iudicij die cū apertis celis ministrātibꝰ angelis: cū sedentibꝰ apostolis in sede maiestatis sue xp̄us apparuerit: omnes hunc electi pariter ac reprobi videbūt vt ⁊ iusti de munere retributionis sine fine gaudeant: ⁊ iniusti de vltiōe iudicij ⁊ supplicij in ꝑpetuū gemāt. Hec ille. Item Aug. hoc idē ꝑbat in q̄dā ep̄la.d. Expectatꝭ dies iudicij vbi aderit ille equissimꝰ iudex q nulliꝰ potentꝫ ꝑsonā accipiet cuius palatiū auro argētoq; nullꝰ ep̄s vꝭ abbas aut comes corrūpe ꝑt. Et.xx.de

tuos iudicandos. Hec ille. Itē Ber. sup Cant. ait. Ueniet dies dñi: vbi plus valebunt pura corda q̄ astuta ꝺba: cōscia pura q̄ marsupia plena: qm̄ qdē iudex ille nō fallet ꝺbis nec flectet donis. Hoc ille. Hoc idem ꝑbat ꝑitissimꝰ Hieroꝰ in ep̄la de simbolo fidei ad Damasū papā ventuꝝ eē iudiciū sic ꝑtestatꝭ di. Accepta ergo a pr̄e oīuz potestate que in celo sūt in terra: venturus ē ad iudiciū viuorū ⁊ ⁊ mortuoꝝ: vt ⁊ iustos remuneret ⁊ peccatores puniat. Resurrectionē carnis cōfitemur ⁊ credimꝰ ⁊ ñ dicamꝰ nos in eadē in qua sumꝰ ꝺitate ⁊ mēbroꝝ eē reperiendos qualesq; semel post resurrectionē fuerimꝰ effecti i ꝑpetuū permāsuros vnā eē vitā scōꝝ: sꝫ ꝑmia ꝑ labore diuersa e cōuerso ꝑ mō delictorū ꝑctōꝛūq; eē supplicia. hec ibi. Et ad Palmachiuz ⁊ Occeanū. aderit dies illa i q̄ nr̄a scā q̄si in quadā tabula depicta mōstrāda sunt. O quātis in die illa expedisset si i hac vita ⁊ mēbrorū sensu ⁊ viscerū vigore caruissent ⁊ quanti illic elingues ⁊ muti feliciores loquacibꝰ nūc erūt: ⁊ quān pastores philosophis quāti rustici oratoribꝰ: quāti hebetes argutijs preferendi sūt Ciceronis. Job sanctus in tētatiōe ad sināgliam deuotus sic in dolore suo dicebat. Quid ꝑdest in tormento luxuria? Ut qd vbera suxi. Cur nō in ventre mortuꝰ sū: ⁊ mox vt de vtero exiui nō ꝑtinus obij? Si hic dei amicus dicebat in luce: quid ab inimicis eiꝰ dicetꝭ in tenebris? Si ille ingemiscit quez febris vrebat: qd faciet quē gehēna consumet. Si iste sibi dolet genua fuisse conuīcta cuiꝰ pedes sēper i dei amore cucurrerūt: qd dicturꝰ ē: cuiꝰ nūq̄ in veritate steterūt? Displicet illi q natus ex vtero vixerat q bñ vixit: qꝛ illū ꝺ mis moriturus edebat. Quid male viuentes facient: quos ignis eternus ⁊ vermis nūq̄ moriturus expectat. Hec ille. Et ad heliodorum de contēptu mundi. Quid facis i paterna domo delicate miles? Ubi vallū? vbi fossa? vbi hyema acta

sub pellibus! Ecce de celo tuba canit. Ec
ce cum nubibus debellaturus orbez im
perator armat⁹ egreditur. Ecce bis acu
tuo gladius ex regis ore procedens ob
uia queqꝫ metit ⁊ tu mihi de cubiculo ad
aciem et de vmbra egredieris ad solem.
Corp⁹ assuetū tunica lorice onus nō fert:
caput opertū linteo galeā recusat: e apuol
lē otio manum: durus exasperat. Ml⁹
Hec ille. Itē ad Eustochiuz. Expectens
magnū ⁊ terribilē iudicij diez: diē videlꝫ
ire: diē calamitatis ⁊ miserie: vbi celum
simul pauebit cum terra. Celorum oēs
mouebuntur virtutes: trementes erunt
angeli cum sanctis. Tunc singulorūz vi
te discutientur discrimina ⁊ merita appa
rebunt. Semper illa tuba terribilis ve
stris obstrepat i auribus. Surgite mor
tui. ad iudicium. Ecce in manu potēti ve
nit: a cūctis vniuersaliter scire rationem
certe de leuibus ⁊ minimis cogitationi
bus: certe de leuib⁹ otiosisqꝫ verbis. Si
reddere de singulis rationem parati nō
eritis: proijciemini in carcerez exteriorē
a iudice. Ite maledicti in ignem eternuz
Hec ibi. Et ad Oceanuz de opprobri
is ⁊ tentationibus pro xpi nomine perfe
rendis sic ait. Eos vo qui dilectione ⁊ ti
more dei cogente abierunt hec omnia: ⁊
sꝫ legis ordinē exhibēt: irridēt: atqꝫ sub
sanant infelices atqꝫ miseri suorꝫ malorꝫ
nimietate cecati: quibus nō sufficit ꝙ ꝓ
pria nolūt lugere peccata: adhuc isuper
eos qui quos debuerāt imitari. Sed ve
niet tempus vt eorū risus cōuertat in lu
ctum quibus noster nunc planct⁹ risus ē
vt se fuisse diuites lugeant: quia nūc xpi
pauperibus impudenter insultant. De q
bus scriptura dicit. Stabūt iusti i magna
con. ⁊c. Et ad Celānā de mō recte viuē
di. Distinguūtur certo discrimine error
⁊ veritas: illi terrena sapiunt qui celestia
promissa non habent: illi breui humane
vite totos se implicant: qui eternā nesciunt
vitam: illi peccare non metuunt qui pec
catorum impunitatem putant: Illi serui
unt vitijs qui non sperant premia futura
virtutum. Nos vo qui purissima cō fite
mur fide. omnē hominē manifestādum
esse ante tribunal christi vt recipiat vn⁹
quisqꝫ propria corporis prout gessit siue
bonum siue maluz: procul esse debem⁹
a vitijs: dicente apostolo. Qui autez sūt
xpi carnem suam crucifixerunt cum vi
tijs ⁊ concupiscentijs: nec turbaz sequit
errantem qui se veritatis discipulos con
fitentur. Hec ille. ¶ Quarto ⁊ vltio idē
probatur auctoritate philosophica ⁊ po
litica. Unde Plato in Fedrōe sic ait. Fe
runt enim vnumquenqꝫ cū decesserit ab
eo demōe qui viuentem adhuc sortitus
erat trahi i aliquez locum: vbi oportet si
mul collectos iudicare: ⁊ post sententiaz
ad inferna proficisci illo ducente cui mā
datum est vt hinc proficiscentes ad illa
loca traducat. Item in eodem. Purus
autem animus qui honeste vitam duxit
deos sortit duces: habitatqꝫ in loco decē
n. Ibidez. Cum peruenerint defuncti in
eum locum quo demon vnūquenqꝫ por
tat primo illic iudicabit: ⁊ qui pie iusteqꝫ
vixerit ⁊ qui secus. Hec ille. Et Seneca
in epistola secunda ad Luci. O quando
ille veniet dies. quando nemo in hono
rem tuum mentiatur. Huc ergo cogita
tiones tue tendant: hec cura: hec opta.
Hec ille. Quod scilicet erit in die iudicij
Item Ouidius lib. Methamorph. in
quit Iāqꝫ erat in totas sparsurus fulmīa
terras. Sed timuit ne forte sacer: tot ab
ignib⁹ ether. Cōciperet flāmas: lōgusqꝫ
ardesceret axis. Esse quoqꝫ in fatis remi
niscitur affore tempus. Quo mare quo
terra correptaqꝫ regio celi. Ardeat ⁊ mū
di moles. operosa laboret. Et Virgili⁹ in
lib. Eneidorum ait. Iudiciuz canit ⁊ tri
stes denunciat iras. Uenturum excidiuz
⁊ falsa conuulsa ruina. Omnia tun pari
ter rutilo misceriet igni. Pallētesqꝫ po
los tellus celiqꝫ ruinam. Tūc vo treme
facta nouis per pectora cunctis. Insinu
at pauor: ⁊ tactu vētura videbant. Pro
pterea habetur in sibillis antiquis expres
sa veritas iudicij. Naz prima Sibilla ti
burtina dicit. Iudicij signum tellus su
dore madescet. E celo rex aduēiet per se
cla futuris

da futurus. Scilicet in carne presens vt iudicet orbem. Unde deū cernent incredulus atqꝫ fidelis. Celsum cū sanctis eum iam termino in ipso. Sic anime cū carne aderunt quas iudicat ipse. Cū iacet incultus densis i vepribꝰ orbis. Reijciēt simulacra viri cūctā quoqꝫ gazam. Exuret terrā ignis pōtūqꝫ polūqꝫ. Inquirēs tetri portas confringet auerni. Sanctorꝫ sed enīꝫ cūcte lux libera carni: Tradetur sontes eterna flamma cremabit. Occultos actus retegens tunc quisqꝫ loquetur Secreta atqꝫ etiaꝫ reserabit pectora luci Et alia Sibilla erithrea sic ait. Et veniēt in conspectu agni abhominatio peccatorū. et vinonis appetitus. et descēdet ignis terribilis q vniuersa creata vsqꝫ ad ethera cōcremabit et nō erit vltra solare: lunare: nō iubar: nō montes: aut colles: nec hominum habitatio erit in terris: et nō abundabit vltra iniquitas et peccatū: sed veniet de celo vox tube terribilis ad vocans vniuersos vt veniant in examine. Fiet etiā ineffabiliter corporis et anime reintegratio: vt vtrunqꝫ simul retributionē recipiat siue penaꝫ. Tunc apparebūt cūcti reges et principes: et videbunt agnum in throno terribili vt retribuat vniuersis nec erit inopis diuitisqꝫ discretio: Sed examinatio meritorum. Iudicabit auteꝫ bonos et malos vt illos sursuꝫ leuet: hos autem in sortem demonum vertet auernus. Hec illa. Ergo penitentiam agamus in hoc mūdo de peccatis ne in tremendo iudicio nudi virtutibus inueniamur vt habeamꝰ hic gratiaꝫ et in futuro gloriam. Amen.

¶ Dominica eadem infra diem. De tribus preambulis que precedūt finalis iudicij sniationem.

Sermo .li.

Domine, bonū ē nos hic esse. Scribunt hec verba Mat. xvii. Et i euāgelio hodierno fres carissimi aperte cognoscitur: q xp̄us in monte tabor transfiguratus est. Quodqꝫ factum est ſm Tho. in tertia parte .q. xlv. ar. i. vt dominus suos discipulos et alios ad sue passionis sequelā iduceret. Oportet enim q ad hoc q aliquis directe procedat in via finem aliqualiter precognoscere: finis enim mouet operantem ad agenduꝫ. ij. phisicorum. et hoc precipue necessarium est: quando via est difficilis et aspera et iter laboriosum: finis v̄o iocūdus. Cum igitur per suam passioneꝫ ad hoc perueniret vt gloriam obtineret: nō solum anime quam habuit a principio: sed etiam corporis. iuxta illud Luc. vlt. Hec oportuit pati christum et resurgere a mortuis: et ita intrare in gloriam suam ad quam etiam perducit eos qui vestigia sue passionis sequunt ſm illud Act. xiiij. Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum celorum. Idcirco conueniens fuit vt discipulis gloriaꝫ sue claritatis ostenderet: quod est ipsum transfigurari: cui suos configurauit: iuxta illud Philipen. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre ꝯfiguratū corpori claritatis sue. Unde Beda dicit super Mar. quia prouisione factum est vt cōtemplatione supermanentis gaudij ad breue tempus deriuata fortius aduersa tollerarent. Hec ille. Nam tantum gaudium ex ista visione apostolos istos perfudit: vt in eorum persona apostolꝰ Petrus vnus ex illis existens in p̄dicta verba prorumperet dicens. Domine bonū est nos hic esse etc. Attamen maius gaudium erit beatis in die iudicij hanc eandem claritatem aliter et aliter videre. de quo iudicio post eius veritatem visam: anteq̄ꝫ procedamus ad eiusdem finaleꝫ sententiam discutiendaꝫ in isto meridiano tria preambula annotabimus: quorum Primum est signorum mirabiliū ostensio. Secundum erit iudicis admirabilis descensio. Tertium erit ipsius nobilissima sociatio.

¶ Pars prima huius sermonis vbi po/
nitur de signis iudicium precedentibus.

p Rimo annotat primū pambu/
lum ad sniam finalis iudicij qd
erit signoꝝ mirabiliū ostēsio. Le
git. n. ij. q. vi. Hatē. ⁊ ex. de sen. ⁊ re iudi. c.
si qs idē in snia: inter cetera. Sententia
citra ordinē iudicioꝝ a pside prolata au
ctoritatē rei iudicate nō obtinet. Cū igit
xpo oīuz statutoꝝ ⁊ legū aperta sit noti/
cia iuxta illud apli Hebr. iiij. Oia nuda
⁊ apta sunt oculis eius: sm legū ordina
tionē iudiciū faciet ne qs eū iniustū ap/
pellare queat. Et quia in iudicio requirit
solēnitas iudicioꝝ. s. basilica regia ī qua
iudex sedeat: pulsatio campane: signorū
apparentia ⁊ hmōi. Jō xps pro pria so/
lēnitate signa passionis sue per angelos
in iudicio deferri faciet: maxime crucez.
Vñ magr in. iiij. ait. Angeli deferent ante
eū signū crucis. Et quis aliqui dicāt q
nō erit lignum crucis in quo crucifixus
est xps: sed quoddā signū illi⁹ crucis re/
presentatiuū: tñ Ri. in predicta di. ī qō/
nibus circa litteram ↄcludit illāmet cru
cē in numero: in qua crucifixus est xps
debere portari ad iudiciū ministerio sā/
ctoꝝ angeloꝝ. Qui enī hūana corpora
redacta in pulueres eadem in nūero re/
staurabit: illaz eādem cruce numero po
terit restaurare: ⁊ multū rationabilius ē
q ipsamet ad iudiciū portet: q aliud si/
gnum p ea: ⁊ hoc tribus rōnib⁹. Prio
in ostensione sue gliose victorie vt vide/
ant omnes q mirabilr fuerūt redempti
Secūdo in ostensione sue mīe: vt vide/
ant bōi q mīsicorditer sūt saluati. Ter
tio in ostensiōe sue iustitie vt videāt ma/
li q iuste sūt damnati: de quibus meli⁹
dicet. ¶ Sed hic orit vnū dubiū si pdi/
cta crux apparebit facta gliosa vl nō. Dic
n. Chriso⁹ sup Math. q crux multo so
laribus radijs luculentior apparebit: sed
hoc nō potest eē nisi glificet: qr p sui gli/
ficationē ita luminosa apparebit nō per
suam naturā: ergo cū cruce facta glorio/
sa. Sz oppositū vr tali rōne. Omnia il/
la que sunt vegetatiua ⁊ naturalia ⁊ alia
huiusmodi corruptibilia sunt nec post iu
diciū remanebunt: ergo cum crux sit de
numero vegetabilium non permanebit
imo desinet esse postq apparuerit ī hac
claritate: ergo non erit glificata. Ad hoc
dicit Alex. vbi supra. nihil velle hic diffi
nire. cū sancti ponant diuersa. Nā aliqui
dicūt q si mutabunt elementa que sunt
corruptibilia ⁊ corpora celestia: multo for
tius vr q ēt illud qd fuit instrumentuz
nostre redēptionis ⁊ illud fuit crux. Vñ
p hoc dat intelligi q ipsa crux in ipsa lu
ce apparebit: de qua Chriso⁹ dicit supra:
⁊ q etiā in illa remanebit sicut alia cor/
pora ⁊ elementa que corruptibilia sūt de
sui natura. cū istud corp⁹ fuerit nostre re/
demptiōis instrumētū. Vñ per hoc ha/
bet quandam dignitatē ex qua videt ha
bere congruentiā ad pmanendū sicut ⁊
illa. Aliq tñ dicunt q sicut xps in trāsfi/
guratione ostēdit quandā claritatē manē
te adhuc corpore suo mortali: ita posset
ibi ostēdere claritatem in cruce manente
ipsa corruptibili: ⁊ sic per talē ostēsionē nō
oporteret q remaneret. Et sic pz ps pria
huius sermonis.

¶ Pars scda huius smonis: vbi poni
tur iudicis ad iudiciuz descēsio.

s Ecūdo pōit scōm pambulū ad
sniam finalis iudicij qd erit iudi
cis admirabilis descēsio: veniet
n. tūc iudex. i. xps ad iudicādū mūdū si
cut ipse predixit. Math. xvi. vbi sic ha/
betur. Filius hominis venturus est cum
angelis suis ī gloria patris sui: ⁊ tūc red
det vnicuiqz sm opera sua. Attente igit
audiam⁹ queso quomō veniet. ¶ Prio
enī veniet sedens in sede mirabili d qua
dicitur Apoc. xiiij. Vidi inquit Jo. ⁊ ec/
ce nubem candidam ⁊ super nubē sedē
tem similem filio hominis: habentez in
capite suo coronā aureā: per quam ma/
iestas diuina in ipso intelligit: ⁊ in māu
sua falcē acutā: per quā potestas a patre
sibi data denotatur: iuxta Illud Jo. iij.
Pater omne iudiciuz dedit filio. Hoc
ēt innuitur Act. i. vbi dr. Viri galilei qd
admiramini aspicientes in celuz: hic ihs
qui assumptus

lū. ℂ Secūdo veniet apparēs malis in aspectu terribili. Nā ẜm Ricar. i. iiij. di. xlviij. ar. i. q. ij. ⁊ Boñ. ibidē. ⁊ Alex. vbi s. Nullus ꝺ reprobis videbit in iudicio patrē ẜꝺ eēs filiū. q̄ꝛ fili⁹ hoīs ē vt ab oībus possit videri. Nō igit̄ apparebit malis in forma deitatis ꝓprie. Propter qꝺ nota q̄ꝑ duplex est diuinitatꝫ cognitio. Una ꝑ signa ⁊ effect⁹. Alia in sua forma ⁊ essētia. Dico ergo q̄ꝑ reprobi bñ hēbunt cognitionē de xp̄i diuinitate ꝑ signa certissima ⁊ ꝑ effectus manifestos: q̄ꝛ cognoscēt q̄ꝑ ipse est deus oīs. Cognitionē aūt que ē in ꝓpria forma. s. ꝑ visionē apertā hanc quidē nō hēbūt: q̄ꝛ Joh. xvij. dicit Hec est vita eterna. vt cognoscāt te verꝫ deū. Cū igit̄ mali nō sint hituri vitā eternā nō videbunt eū in forma diuinitatis Preterea talis forma oīno ē iproportionabilis oculis peccatoꝝ qui nō sunt sublimati per gloriā vel per supabundātiā gratie: cū igit̄ reprobis nō dabit̄ gr̄a nec simpliciter nec ad tp̄s. sequit̄ q̄ꝑ deū i ꝓpria forma nō videbūt. Rō autē quare nō dabit̄ eis talis virtus que faciat eoꝝ aspectū habilē ad videndū illā lucē ē ista q̄ꝛ si hērent oculū aptū haberent sūmā delectationē quā indecēs ⁊ impossibile est in peccatorib⁹ esse. Cōfirmāt ista Isido. ⁊ Hugo in li. de sacramētis. Magister in. iiij. di. xlviij. ⁊ Aug. i. de trini. penul. c. ℂ Sed hic querit̄ vtrū xp̄s apparebit ipsis reprobis ẜm humanitatē in forma gloriosa. R̄. predicti doc. q̄ꝑ christ⁹ apparebit in forma gloriosa non tm̄ bonis sed etiā reprobis: q̄ꝛ primus aduēt⁹ fuit in infirmitate. sed secūdus erit in veritate. ℂ Preterea in iudicio apparebit talis qualē decet apparere ad ꝯfusionē inimicoꝝ ⁊ leticiā amicorū: sꝫ inimici maxime cōfundentur in gloria ⁊ exultatione illius quē despexerunt: ⁊ ecōuerso amici letabunt̄: ergo apparebit in gloria Preterea nulla erit in eo fictio: ergo tale ostendet formā qualem habebit in veritate. sed habebit gloriosam: ergo ostē- nubibus celi ⁊ videbit eum oīs oculus. ⁊ q eū pupugerunt. Nō si ꝯdicat sic. Uisio glorie humanitatis xp̄i est videnti delectabilis: sed dānati nullā hēbunt delectationē ergo nō videbunt xp̄i gloriosā humanitatē. R̄. Ric. vbi. s. q̄ꝑ q̄uis videre corpus xp̄i gliosū sit per se delectabile tm̄ per accidens erit reprobis tristabile. qui erūt eius inimici ⁊ inuidebūt ei. Inimicus aūt tristatur in videndo gloriā illius cui inuidet ⁊ quē odit. Et ideo mali videbunt eū cū cōfusione ⁊ pena. q̄ꝛ cōfundentur in aspectu eius: ⁊ nō poterūt eius sustinere vultū ꝑꝑ cōscientie remorsum ⁊ ꝓpter expectationē sententie ferēde. Itē si dicat̄ q̄ꝑ Criso. ait super Mat. Cū venerit ad iudiciū xp̄us nō solū vulnerū cicatrices: sed etiā ipam mortē exprobatissimā ostēdet. R̄. Boñ. q̄ꝑ sicut cicatrices in martyrib⁹ non sunt signum infirmitatꝫ pn̄tis sꝫ preterite: imo q̄ꝫtum ad gloriā ⁊ decentiā sunt signa victorie ⁊ glorie sic in xp̄o intelligendū q̄ꝑ ille cicatrices ⁊ crux signa erūt mortis vilissime quā sustinuit: sed q̄ꝛ apparebunt in excellentia glorie signa erūt etiā glorie nūc ꝑsentis. Preterea si dicat̄ q̄ꝑ q̄uis xp̄us sit benignus ẜꝫ veritatē: tm̄ apparebit terribilis reprobis: sicut dicit Isidor⁹. ergo pari ratione q̄uis sit gloriosus: tm̄ reprobis debet appere ingloriosus. R̄. Boñ. q̄ꝑ nō est simile: q̄ꝛ terribilis ⁊ blandus dr̄ ad alterū. Un̄ benignū hominē pōt hō aspicere. tanq̄ꝫ terribilē q̄ꝛ eū timet. sꝫ gloriosū ⁊ ingloriosū dicūt dispositionē a parte visibilis. Un̄ nisi fiat ꝑ deceptionē ⁊ ꝑ miraculū ⁊ diuinā virtutē q̄ tenet oculos sicut dr̄. Lu. vltimo: Oculi eoꝝ tenebant̄ ⁊c. Res talis vr̄ qualis ē ẜꝫ veritatē. Conclude ergo q̄ꝑ reprobi eū videbūt in forma gloriosa: nec ē sīle de luce sp̄uali: q̄ꝛ ista excedit multomagis q̄ꝫ lux corporis gliosi oculū corporis passibilis ex q̄bus oībus pꝫ q̄ꝑ xp̄us ad iudiciū veniens appebit malis in forma terribili. ℂ Tertio veniet bonis apparens

valiu placabili: dicunt enim predicti doc. q̄ beati videbunt oculo mentali eius diuinitatē in forma ꝓpria ⁊ etiā aie. ⁊ oculo corporali gloriā ⁊ luminositatē corporis sed aliter q̄ dānati: q: ipsi cū tristicia vt dictū est. boni vero cū gaudio ⁊ glia. ⁊ h̄ q: ipsū dilexerūt. Et iō gaudēt in ei⁹ honore ⁊ exaltatione. De ista diuersitate apparendi bonis ⁊ malis diuersimode loquit Hiero. in ep̄la ad Heliodoꝝ de vanitate mundi. d. Ueniet illa dies qua corruptiuū hoc ⁊ mortale induat icorruptionē ⁊ imortalitatē: beatus seru⁹ quē dn̄s inuenerit vigilātē. Tūc ad vocē tube pauebit terra cū populis: tu gaudebis indicaturo dn̄o: mundus lugubre imugiet: ⁊ tribus ad tribus pectora ferient. Potentissimi quondā reges nudo latere palpitabūt: exhibebit cū prole sua nūc tunc ignit⁹ iupiter: ⁊ adducet cū suis stultus plato discipulis. Aristotel' argumēta nō proderūt. Tūc tu rustican⁹ ⁊ paup exultabis ⁊ dices. Ecce crucifixus de⁹ me⁹: Ecce deus me⁹ iudex: qui obuolut⁹ pānis in presepio vagit. Hic est ille oparij questuariiq̄ fili⁹. hic qui matris gestat⁹ sinu hoiem deus fugit in egyptū: hic vestit⁹ cocino: hic sētib⁹ coronat⁹: hic magnus demoniū habēs ⁊ samarites. Cerne cerne iudee man⁹ quas fixeras: cerne romane latus qḋ foderas. videte corpus an idē sit qḋ dicebatis clā nocte discipulos sustulisse. Hec ille. Et sic patet secunda pars.

¶ Pars tertia hui⁹ sermonis vbi ponitur iudicis nobilissima sociatio.

Tertio ponit tertiū p̄ambulū ad sniaz finalis iudicij qḋ erit ipsi⁹ nobilissima associatio. Nā cū ipso veniet beatoꝝ frequētia. vn̄ iude. ij. c. Ecce venit dn̄s in scis milib⁹ suis facer̄ iudiciū ꝯ oēs: ⁊ arguere ipios de oibus opibus ipietatꝫ eoꝝ. Et Esa. iij. Dn̄s ad iudiciū veniet cū scis senioribus ppl'i sui Rō aūt hui⁹ societatꝫ est q: etiā sancti aliquo modo iudicabūt. s̄m illud. Sapie. iij. Judicabūt natiōes ⁊ dn̄abunt pplis ¶ Sꝫ hic orit vnū dubiū ex p̄dictꝫ vtrū s. soluo xp̄s iudicabit: q: vr̄ q̄ etiā sancti Rn̄deo s̄m Ricar. vbi. s̄. di. xlviij. ar. i. q. vij. q̄ qnq̄ modis pōt alicui iudiciū cōuenire. Primo ex ordiaria ptāte ⁊ sic iudicabit tota trinitas. Scd̄o cōuenit ex delegata auctitate: ⁊ sic iudicabit xp̄us inq̄tuꝫ hō iuxta illud Jo. v. Pater oē iudiciū dedit filio. Sꝫ nūc vlteri⁹ querit quare iudiciaria ptās sic spāliter tribuenda est xp̄o. Ad qḋ rn̄det btūs Tho. iij. pte. in. q. lviij. ar. i. q̄ ad iudiciū faciēdū tria requirit. Primo ptās subditos cohercendi. vn̄ Eccle. vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute rūpere iniquitates. Scd̄o requirit recti iudis ꝫelus vt s. aliqs. nō ex odio vl' liuore: sꝫ ex amore iudiciū ꝓferat iustitie. iuxta illud. ꝓuer. iij. Quē diligit dn̄s corripit. Tertio requirit sapia s̄m quā formal iudiciū. vn̄ Ecc. x. Judex sapiēs iudicabit ppl'm suū. Cū igit xp̄o hēat omnia predicta. s. oipotentiā ex eo qḋ est equalis patri s̄m diuinitatē ⁊ iustitiā q: iustitia dn̄i plena est terra: ⁊ ēt sapiam q: ei spāliter attribuit cōuenienter iudiciaria ptās data ē ei. Vn̄ de tertia proprietate iudicij faciendi iuxta quā ꝓpe accipit forma iudicij q. s. ē lex sapie ⁊ veritatis loquit Aug. in li. de vera religione. di. Judiciū attribuit filio inq̄tuꝫ est ipsa lex p̄me veritat'. ¶ Sed iuxta p̄dicta querit vtrū ipsa ptās iudiciaria sit xp̄i s̄m humanitatē aut s̄m diuinitatem. Et rn̄dēt Ric. ⁊ Boñ. in. iiij. di. xlviij. ar. i. q. i. Qḋ ad hoc q̄ iudiciū. sit firmū occurrit auctoritas in sentētiādo. Ptās in retribuendo p̄miū s̄m meritū. Si alterū hoꝝ deficiat nō est firmū iudicium Hec duo principal'r sūt in deo. In ipso eni est auctoritas ad sentētiādū: q: dn̄s oium est ⁊ nos serui eius. Est etiaꝫ ptās ad retribuendū: q: potentissimus ⁊ non est qui ꝯ eū se valeat erigere ⁊ eius sniaz irritare. Hec duo cōtcauit deus trinitas hoi xp̄o auctoritatē dando ⁊ dn̄iuꝫ sicut d' Act. iij. Dn̄m fecit deus hūc Jesum ptāte ēt sibi cetera subijciendo. Math.
vltimo

vltimo. Data est mihi ois ptas. Et iõ ip
se qui constitut⁹ est a deo iudex viuorũ
ↄ mortuorũ: sicut dr̃ Act.x. Quũ igit po
testas iudiciaria respicit illa duo iã dicta
ↄ ista sunt in deo per nãm: in xp̃o hoie
per gr̃az: ideo iudiciaria ptas est xp̃i sz
diuinitatẽ per nãm: sed sm humanitatez
p gratiã collata. vnde sm vtrãqz nãm
habet auctoritatẽ: sed sm diuinitatẽ prin
cipalẽ ↄ nãlem: sm humanitatẽ cõmis/
sam vñ constitut⁹ est. Cũ igit sit ptas pri
maria in deo. sz cõmissa in hoie xp̃o: la
tio sententie debet fieri a xp̃o hoie sm hu
manitatem: qz si fieret sm ptatem pma
riaz cum secũda nõ daret primã: nõ eẽt
vere iudex sm humanitatẽ. Sz qñ scda
operat cũ recipiat a prima: rõ iudicandi
residet penes vtrãqz. Secũda eniz reci/
pit a prima: iõ latio sententie fiet a xp̃o
sm humanitatẽ: sed qz xp̃us est deus ↄ
homo: snia ei⁹ nõ erit tanqz iudicis dele
gati sed tanqz principalis. Et iõ ab ea p
pter vtrãqz ptatem nullus poterit appel
lare ↄ sic patet q̃liter xp̃o ↄuenit iudiciũ
ex ordinata ptate: ↄ aliquo mõ ex delega
ta auctoritate: ↄ hoc sm vtranqz nãm.
¶ Tertio põt alicui ↄuenire ex accesso/
ria dignitate: ↄ sic iudicabunt viri pfecti
q erunt ,ppter pfectionẽ meritorũ suoꝝ
assistentes iudici: nõ vt iudici consulant
vel auctoritatẽ habeant: sed hoc erit pp
ipsoꝝ honorẽ ↄ dignitatẽ ↄ sic põt intelli
gi illud Job.xxxvi. Judiciũ paupib⁹ tri
buit. ↄ h maxie tribuet aplis ↄ vitã apo/
stolicã sequentibus. iuxta illud Math.
xix. Cũ sederit fili⁹ hois in sede maiesta
tis sue: sedebitis ↄ vos super sedes.xij. iu
dicantes.xij. tribus israel. Super quib⁹
verbis.d. Aug.xx. de ci. dei.v.c. ↄ Alex.
de al'. vbi.s. ꝙ per.xij. tribus isrl' vniuer/
sitas iudicandorũ itelligit. ↄ p.xij. aplos
oẽs viri perfecti designant. Rõ hec est:
qz in numero duodenario sunt oẽs par/
tes numeri septenarij. Quia igitur in se/
ptenario vniuersitas notatur que com/
ponitur ex tribus ↄ quatuor ↄ ista in se
ducta faciunt duodenarium numerum
q̃ ,ppter segtur ,ppositũ. ¶ Quarto põt
alicui conuenire iudiciũ ex snie approba
tione: ↄ sic iudicabunt omnes electi: qz
oẽs approbabunt iudicis sniam. iuxta il
lud Apoc.xix. Audiui quasi vocẽ tubaꝝ
multarũ in celo dicentiũ Alla. Laus ↄ
gloria ↄ virtus deo nostro est: qa vera ↄ
iusta iudicia sunt. ¶ Quinto põt alicui
conuenire iudiciũ ex cõparatione: ↄ sic
min⁹ mali iudicabũt magis malos. ↄ sic
põt exponi illd Luc.xi. Viri niniuite sur
gent in iudicio cum gnãtione hac ↄ con
dẽnabũt eã. Sed ad clariorẽ noticiã euã
gelij presentis occurrũt tria parua dubia.
¶ Primũ est si claritas ista quã in trãs
figuratione assumpsit fuit gloriosa sicut
erit illa quã ostẽdet in die iudicij. Ait eni
Hiero. super hoc euangelium ꝙ qualis
futurus est tempore iudicij talis appa/
ruit apostolis ↄ super illud Math.xvij.
Donec videant filium hominis venien
tem in regno suo.di. Criso. Volens mõ
strare quid est ista gloria: in qua postea
ventur⁹ est, eis in presenti vita reuelauit
sicut possibile erat eos discere: vt neqz in
domini morte iam doleant. Ad hoc re/
spondetur sm Alex. in.iij. parte in tracta
tu de resurrectione xp̃i. Et beatuz Tho.
in.iij. parte. in. q.xlv. ar.ij. ꝙ claritas ista
fuit claritas glorie q̃ztum ad essentiam:
non tamen q̃ztum ad modum essendi.
Claritas enim corporis gloriosi deriuat
ab anime claritate. sicut Augustin⁹ dicit
in epistola ad dioscoruz. Et similiter cla
ritas corporis xp̃i in trãsfiguratione de/
riuata est a diuinitate ipsius: vt dicit Da
masce. ↄ a gloria anime eius. Nõ enim
a principio conceptionis Christi gloria
anime nõ redundaret ad corpus ex q̃/
dam diuina dispensatione factum est vt
in corpore passibili nostre redemptionis
expleret misteria: non tamẽ per hoc adẽ
pta est ptas xp̃o deriuandi gliam aie ad
corpus. Et idẽ facit quãtũ ad claritatem
in trãsfiguratione: aliter tamẽ q̃z in cor/
pore glorificato. Nam ad corpus glorifi
catum reddundat claritas ab aia: sicut
quedã claritas permanẽs corp⁹ afficiẽs
vnde fulgere corpaliter nõ est miraculo

suz in corpore glorificato: sed ad corpus xpi in transfiguratione deriuata est claritas a diuinitate: et aia eius nō p modū claritatis imanentis et afficientis ipsuz corpus sed magis p modū passionis trāseuntis. sicut cū aer luminat a sole. Vñ iste fulgor tūc in corpore xpi apparēs miraculosus fuit: sicut et hoc ipm q ambulauit super vndas maris: et reliqua hmōi. ¶ Scōz dubiū est vtrū conuenientes introducti fuerint testes trāsfigurationis de quibus in euāgelio scribit. Rñdet fm Tho. vbi s. ar. iij. q sic. Nā xps trāsfigurari voluit vt gliaz suā hoibus ondeft et ad eā desiderādā hoies prouocaret. vt dictū est in pricipio huius sermonis. Ad gloriā aūt eterne beatitudinis adducent hoies p xpm nō solū qui post eū fuerūt: sed etiā q eū precesserūt: vñ eo ad passionē properante tā turbe que sequebant: q̄ que precedebant ei clamabant. Osanna. vt dicit Mat. xxj. quasi salutē petentes. Et ideo conueniēs fuit: vt de precedentibus ipsiz testes adessent. s. Moyses et Helias: et de sequentibus. s. Petrus Jacobus et Joannes. vt in ore duorum vel triū testium staret hoc verbum. ¶ Tertium dubiuz est. Si conuenienter adductum fuit testōiuz paterne vocis dicentis. Hic ē filius meus dilec. etc. Rñdet fm Tho. vbi s. ar. iiij. Qd adoptio filiorū dei est p quandā pformitatē imaginis ad dei filiū nālē qd qdē fit dupliciter. Primo quidē per graz vie q̄ est cōformitas iperfecta. Secundo p gliam que est cōformitas pfecta. fm illud. i. Jo. iij. Nūc filij. dei sumus et nūdū apparuit qd erimus: scimus qm cū apparuerit siles ei erimus: qm videbimus eū sicuti est. Quia igit gratiā p baptismū sequimur: in transfiguratiōe aūt pmōstrata est claritas future glorie. Jō tam in baptismo q̄ in transfiguratione conueniens fuit manifestare naturalem Christi filiationem testimonio patris: quia solus est perfecte conscius illius pfecte generationis simul cum filio et spiritu sancto regnans per infinita secula seculorum Amen.

¶ Feria secūda post secūdā dñicā in q̄dragesima De finalis iudicij seuera sententiatione. Sermo. lij.

In peccato vestro moriemi. Scribūtur hec vba Jo. viij. Qm qdē fratres carissimi fragilitas humana adeo ad malū pna est. et cū difficultate bonū operat: tū ex originalis peti fomite: tū ex mūdi huius nimia prauitate: vt pauci inueniant qui fm rōnis et legis vi. i recte viuant: fz illud psal. Nō ē q faciat bonū nō est vsq ad vnuz Jdeo necesse ē ad eā refrenandā: vt nō solū mortis memoriā habeamus: verū et et iudicij magni diē an mentis nre oculos teneamus. Vñ Greg. in quadā omel. Vñ vnusquisq de die nouissimo formidare debet. qz vnūquēq in quo inuenerit suus nouissimus dies cū de hoc seculo egredit: talis et in die nouissimo iudicat. Nā p ipam iudicij mēoriā timor del acgrit. Vñ Hiero. sup Math. d. Quotiēs diē illū cōsidero: toto corpe contremisco: siue eni comedo: siue bibo: siue aliqd aliō facio: semp vr mihi illa tuba terribilis resonare in auribus meis. Surgite mortui venite ad iudiciū. Per ipaz etiā vsq aduersa patienter sustinent. Unde Greg. d. Diē illū an oculos ponite et qd modo graue cernit in eius cōparatiōe leuigat. Per ipsā iterū a peccatis declinat ideo David in ps. Scdz iudiciū tuū iustifica me. Vñ Gualterus in alexandrayde li. viij. O felix mortale genus si semper haberet ethercū pmente bonuz finēq timeret. In quibus verbis ponit duo q si homo in vita cogitaret nūq peccaret s. felicitatē vltimā. et vniuersale iudicium Vñ qdā religiosus a Plato suo regrens quomō se a petis posset abstinere. Judiciū ait ille premeditare et a petō desistes et pniam subito de petis pteritis facies. q qui nō fecerint: dicet eis verbū xpi ppositū. s. In petō vro moriemini in pñti morte corpali: et in finali iudicio morte eternali.

eternali. De quo iudicio post dicta i duobus precedentib⁹ sermonibus ad magis mentes ꝛ duras ꝛ torpidas exciandas de terribili ꝛ seuera ipsi⁹ iudicij snia in p̄senti sermone tractabimus tria more solito annotantes: quoꝝ Primū est vniuersalis iudicij debita p̄paratio. Scd̄m erit vniu̅sal' iudicij ordīata executio. Tertiū erit vniuersal' iudicij t̄ribilis sētētiatio.

¶ Prima pars in qua ponit̄ finalis iudicij preparatio.

Rimo in isto sermōe attēdēdū est qd̄ ad p̄parationē vniuersalis iudicij tria ōbite ꝯcurrūt: q̄rū primū formidabilis tubarū pulsatio. Scd̄z oīuz mortuoꝝ gnālis resurrectio Tertiū ipsoꝝ mortuorū ante iudicē vniuersalis p̄ntatio. ¶ Primū igit̄ qd̄ concurrit ad p̄paratione vniuersalis iudicij erit formidabilis tubaꝝ pulsatio. De qua loquit̄ aplus. i. Thes. iiij. di. Ipse dn̄s in iussu ꝛ in tuba dei ꝛ in voce archangeli descendet de celo. ¶ Sed hic orit̄ dubium: si in iudicio ad litterā erūt ista: qꝛ sicut solo v̄bo oīa creauit de⁹: ita solo verbo pōt oīa suscitare: ergo vr̄ q̄ ista nō requirant̄. ꝫ. Alex. vbi. s̄. q̄ ꝙuis in iudicio dn̄i sufficeret iussus dei sicut ꝛ in creādo tn̄ ad notādū ꝯgruētiā apponūt̄ ista tria. Nā sicut dcm̄ ē. Tota trinitas iudicabit auc̄te. filius dei inq̄ȝtū hō iudicabit ex delegata auc̄te. Ipsi aūt angeli licz nō iudicēt. habebūt tn̄ iudiciū. s. antecedens misteriū. ipsi aūt congregabūt electos suos a q̄ttuor vētis t̄re: vt hr̄ Mat. xxiiij. Mittet angelos suos cum tuba ꝛ voce magna ꝛc. Ex ꝯuenientia ergo notat̄ qd̄ ex parte dei in illo iudicio ē: ꝛ hoc notat̄ in iussu. In voce archangeli notatur qd̄ est ex parte xp̄i. In tuba notatur q̄ est ex parte angeli. s. ptās ministerij ipsi collata ad congregādū iudiciū vt dcm̄ est. Aliter tn̄ predicta declarat Ric. i. iiij. di. xliij. ar. iij. q. iij. di. Qd̄ cā efficiens resurrectionis corpoꝝ nō erit vox tube sz solū cā instrumētalis: vt dn̄i tractatū ē in tractatu de resurrectiōe mortuoꝝ. Et id̄ illa tria q̄ dicit apl's vbi. s̄. sic distinguūt̄

Quia p̄mo xp̄s in suo descensu iubebit pulueres seu partes q̄scūq̄ȝ corporuz recolligi mortuoꝝ p̄ misteriū āgelicū. Et hoc notat̄ cū dr̄ q̄ descendit i iussu. Secundo p̄cipiet ex illis pulerib⁹ recollectis corpora reformari: ꝛ reformatis aīas vniri: que duo fient p̄ virtutē diuinā. Et illō p̄ceptū notat̄ cū dr̄ ꝛ in tuba dei. Tertio archangeli qui fuerūt custodes p̄uinciarū in p̄uincijs q̄s custodierūt clamabūt fortiter ꝛ sensibilr̄ sono articulato: ꝛ mediāte aliq̄ sensibili creatura formato: q̄ oēs corā iudice cōpareāt dicēdo. Surgite mortui venite ad iudiciū. Et hoc est qd̄ dr̄: In voce archangeli. iuxta p̄dcm̄ verbū Math. Mittet āgelos suos. ꝛc. vbi Chryso. ait. Magna est vox illa cui oīa obediunt elemēta q̄ petras scindit inferos aperit vincula mortis disrumpit: ꝛ de profūdis abyssi aīas corporib⁹ libertas assignabit. hec ille. Hec q̄ttuor dicta sufficiāt q̄ȝtū ad iudicij finalis debitā preparationē. ¶ Secundū qd̄ cōcurrit ad p̄parationē iudicij finalis erit oīuz mortuoꝝ gnālis resurrectio. In iudicio nāq̄ȝ vt dicit Isido. q̄ttuor regrunt̄ p̄sone. Iudex: reus: accusator: ꝛ testis. Cū igit̄ dictū sit in p̄ria p̄te q̄ iudex veniet cū oīb⁹ solēnitatib⁹ q̄ in iudicio regrūt̄. Necesse erit q̄ an̄ ipsū ꝛ rei ꝛ accusatores etiā testes veniāt. Cui⁹ rō ē. qꝛ cria ꝙuis nota sint si manifestis indicijs p̄bari nō pn̄t nō pn̄t etiā cōdēnari. xxiij. q. iiij. c. cū i lege. §. his rn̄dct. ij. q. i. §. sz sciēdū. c. ō maifesta. ij. q. vij. c. plerūq̄ȝ. xxx. q. v. c. Incerta vbi. dicit. text⁹. Quāuis cui vera sint nō tn̄ credēda sūt: nisi q̄ manifestis indicijs p̄bant̄. Hec ibi. Et cuiaz. c. nullū dr̄ Nullū an̄ verā iustāq̄ȝ p̄batione iudicare aut dānare debem⁹. Et ideo nemo dz iudicare nisi s̄m allegata ꝛ p̄bata ar. ij. q. i. §. vel his oīb⁹ auctoritatib⁹. Et i. c. i. semp̄ oīa nos inq̄ȝ. ꝛ in. c. multi corrigūt̄ ꝛ. c. de⁹ ur̄ ops. ꝛ. c. qn̄. aūt. ꝛ. iij. q. vij. c. iudicet. xj. q. iij. c. coꝝ q. ꝛ. c. sūmope. xv. q. v. c. p̄sbyter. de. cōse. dt. v. c. vltio. Hic ē. q̄. xxx. q. v. c. iudicātē. dr̄. Iudicantes oportet cūcta rimari: ꝛ ordinē rerū plēa

inq̄sitione discutere. Jdē hr̄ extra de te/
stibus.c.cū cām.C.de iudicijs.l.iudices
ij.q.i.c.in primis.xxiij.q.viij.occidit. Et
nota q̄ i iudicio ps a pte: ⁊ iudex a par/
tib⁹: pōt facere īterrogatiōes: vt pꝫ i di/
cto.c.iudicātē. ⁊ extra de dolo ⁊ cōtumi a
cia.c.pui.de concel.p̄bē. ⁊ eccle.nō va/
cātis.c.post electionē.ff. de interrogato
rijs actionib⁹.l.si sentētie. Nā causarum
merita partiū assertiōe pādunt.ex̄.de in
inte.restitu.c.cū ex literis.C. si per vim
vel alio modo.l.ij. q̄ oia ex q̄ fieri debēt
in iusto ⁊ pfectissimo vniuersali iudicio
fient. Et iō erit iudex cōpetēs de quo.s̄.
dictū est. Sed vt ibi sit reus ⁊ reliqua ne
cessaria. Prīo ⁊ añ ea fiet oium gnālis
resurrectio.d̄ qua loquit scriptura. Dañ.
xij. Qui dormiūt in terre puluere euigi/
labūt: alij in vitā eternā: alij i opprobriū
sempiternū. hec ibi. ¶ Tertiū qd̄ cōcur
rit ad preparationē iudicij erit eorundeꝫ
mortuorū añ iudicē vniuersalis presen/
tatio. iuxta illud Math.xxv. Cū aūt ve
nerit fili⁹ hoīs in sede maiestatꝭ sue ⁊ oēs
angeli eius cū eo. tūc sedebit sup sedem
maiestatis sue: ⁊ cōgregabūt aū eū oēs
gentes. hec ibi. Hoc etiā cōcludūt theo
logi maxime Ric. vbi.s̄.di.xlvij.ar.i.q.
iiij. assignās rōneꝫ quare oēs in iudicio
psonaliter apparebūt. vt.s. ꝯscie singulo
rū in presentia iudicis singulis pateant
ad diuine iustitie manifestationē: ⁊ vt vi
ui hoc p̄scientes etiā preaudientes p sa/
crā scripturā q̄ sic oportebit oēs psona
liter cōparere diligenti⁹ se prepararent:
ne in tāta cōgregatione ⁊ corā tāto iudi/
ce extremā recipiāt confusionē: nec erit
ibi defensio p ꝓcuratorē q̄ nō admittit in
cā criminali.ff. de publicis iudi.l.penul.
§.ad crimē. ⁊.ff. an per aliū cause appel/
latio.l.i.§.i. etiā hr̄ in.l.seruū.§.publice.
ff. de procuratorib⁹. et.C. de accusationi
bus.l.reos.v.q.iij.in criminalib⁹. Et ēt
oēs in iudicio psonaliter apparebunt vt
singuli iudiceꝫ quo ad humanā nāꝫ vi/
deant ad consolationē electorū ⁊ repro/
boruꝫ ampliorem afflictionē de quib⁹ di
ctuꝫ est superius. Sed hic orit dubium

Si oēs in tali⁹ iudicio iudicabūtur quia
ex supradictis videt q̄ sic. Cum eni oēs
in iudicio apparere debeant vt dictū est
ergo oēs iudicabuntur. Sed oppositūꝫ
videt.s. q̄ nullus bonus debeat iudica/
ri. iuxta illud Joh.iij. Qui credit i eo nō
iudicat. Item q̄ nullus infidelis q2 Jo.
iij. dicitur. Qui nō credit iam iudicatus
est. Sed qui iudicatus est iterū nō debꝫ
iudicari: ergo ⁊c. Iteꝫ q̄ nullus puulus
iudicat q2 paruuli nihil boni nec mali
opati sunt: nec meruerūt nec d̄meruerūt
cū meritū ⁊ demeritūꝫ ꝓprie loquendo
in actu consistat sed iudiciuꝫ erit ꝓpter
discussionē meritorū vel demeritorū: er
go nō iudicabunt paruuli. Ad hoc du/
biū r̄ndit Boñ. in.iiij.di.xlvij.ar.i.q.ij.
Et Ric. ibidē.q.vj. sic distinguentes. In
illo iudicio erit de meritꝭ. ⁊ de demeritis
disceptatio siue discussio: ⁊ p merit ⁊ de
meritis retributio. Quantuꝫ ad retribu/
tionē oēs iudicabunt etiā angeli: tum ex
pte iustitie dei. q2 sicut iudiciū oiuꝫ vni/
uersale fiet: vt dei iusticia ⁊ oibus clare/
scat ⁊ appareat. sic iudiciū āgeloꝝ fieri
debet. tū ex parte glie xp̄i: q2 xp̄s trium/
phauit de diabolo ⁊ iudicat⁹ fuit a mem
bro diaboli ⁊ ad suggestionē ei⁹. iō debꝫ
auctoritatē iudicialē sup ipsū accipe. Tū
ex parte demeriti: q2 eni pticipes fuerūt
humane culpe: debent ⁊ participes esse
contumelie ⁊ pene. Tuꝫ ex pte supplicij
consūmandi: sicut eniꝫ oēs hoīes expe/
ctant iudiciū vel ad ꝯsūmationē glie vel
pene. sic etiā demones iudiciū nō debēt
euadere vt si q̄d penarū eis deest plene
suppleat. Oēs ergo iudicabunt q2 auge/
bit suppliciū maloꝝ: tā hoium q̄ꝫ ange/
lorū ⁊ gaudiū bonoꝝ tā angeloꝝ q̄ꝫ ho/
minū: boni eni angeli q̄uis hēant suaꝫ
retributionē essētialē. Tñ p misterio qd̄
nob exhibēt recipiēt aliqd̄ accidētal gau
diū: sic mali angeli p malis: vt pꝫ.s̄. per
resūptionē etiā corpoꝝ reproboꝝ hoīuꝫ
augebit suppliciū: ⁊ electoꝝ augebit pre
miū. Et hec ē rō quare oēs i iudicio cō
parebūt ēt angeli boni ⁊ mali. Jō Job.
xl. de Behemoth dr̄. Spēs ei⁹ frustra
bitur

bitur ꝛ cūctis videntibus precipitabitur. Et .i. Cor. vi. Nescitis quō angelos iudicabim⁹. Quantū aūt ad discussionē non oēs iudicabunt: q2 ſm Grego. xxvi. mora. ꝛ mgr̄m .i. iiij. dis. xlvij. c. iij. Alij iudicabūt ꝛ peribūt. vt illi qui aliq̄ bona habuerunt permixta suis malis ſʒ mala finaliter preponderauerūt. Alij v̄o iudicabunt ꝛ peribūt: vt illi quorū mala fuerūt ꝑmixta bonis: vt hi qui fūdamēto fidei caruerūt. Alij v̄o iudicabunt ꝛ saluabūt vt hi quorū merita bona fuerūt ꝑmixta malis. sed bona ꝑualuerūt ꝛ preponderauerūt. Alij nō iudicabunt ꝛ saluabūt vt hi quorū merita ita fuerūt perfecta ꝙ nullis malis aut paucissimis fuerūt permixta: vt viri perfecti ꝛ etiā ꝑuuli purgati ab originale pctō q decesserūt añ liberi arbitrij vsū vtiqʒ ꝛ angeli scī. Hec ibi. Qñ ergo dr̄ ꝙ qui credit nō iudicatur. intelligit de ꝑfectis nulla aut pauca mala habentib⁹. Et qñ dr̄. Qui non credit iaʒ iudicat⁹ est: intelligit de infidelibus Et hoc solū intelligendū est de iudicio discussionis. Vñ ꝓpha ꝑdicta cōfirmās ait. Nō resurgēt ipij i iudicio. i. ſʒ Alex. ibidē ad h̄ vt iudicēt iudicio discussiōis q2 tā horribilia pctā sua erūt: ꝙ discussiōe nō indigēt. Et sequit neqʒ pctōres in cōsilio iustoꝝ. i. ſm eūdē falsi xp̄iani nō resurgēt ad hoc vt iudicēt in cōsilio iustoꝝ. i. ſnīe approbatione: qđ iudicium vocat consiliū iustorū: q2 nihil ibi nisi rectitudis erit. Et sic pʒ qualr̄ oēs añ iudicem debeāt p̄ñtari in vniuersali iudicio

¶ Sed hic orit aliud dubiū. s. vbi ꝯgregabunt: q2 Johel .iij. Adducā oēs gētes i valle iosaphat ꝛ disceptabo cū eis: nō enī vr̄ ꝙ oēs hoies in illa valle cōphendi possint. Dic. ad hoc Alex. de al. vbi. s. Et Ric. in .iiij. di. xlviij. ar. i. q. vij. ꝙ xp̄s nō descēdet in vallē iosaphat: ſʒ sup mōtē oliueti de q̄ in celū ascēdit residebit i aere in loco alto vt ab oibus possit videri. parū citra locū illū in q̄ apli desierūt ipʒ corꝑalr̄ videre qñ ascēdebat i celū hoies aūt cōgregabūt in vallē iosaphat cui ꝑeminet mōs oliueti. ꝛ q̄ i illa valle poterūt capi. tot erūt ibi: alij circa vallē Quidā ꝓpinqui⁹: qdā v̄o remoti⁹. Electio tñ ad dexterā existētibus iudicis nō in terra ſʒ i aere. iux̄ illud apli. i. Thessa. iiij. Rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiā xp̄o in aere. Hec ibi. Sʒ perfecti eminētius ꝛ magis prope iudicē erunt. Reprobi v̄o a sinistris iudicio: sicut hr̄ expsse in euāgelio ꝛ in terra stabūt. His cōcordat magister in .iiij. di. xlviij. c. penultio. Boni rapient obuiā xp̄o in aere: reprobis in terrā quā dilexerūt remanētibus Hec ibi. Et dicūt doc. ꝙ magis cōgruū est. ꝙ xp̄s iudicādo stet in aere sup mōtē oliueti q̄ʒ sup locū in q̄ passus est: q2 passus est in forma infirma. sed iudicabit in forma gl̄iosa sicut ꝛ ascēdit. Et dicūt ēt ꝙ ꝓ tāto dr̄ vallis Josaphat: q2 interpretatur locus iudicij: nō ꝙ in ipsa totaliter fiet iudicium: Sed circa ipsaʒ eo modo quo dictum est. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secunda huius sermonis i q̄ ponitur vniuersalis iudicij. debita executio.

Secundo ponuntur tria cōgrua ad execuionē iudicij: quoꝝ primū erit multoꝝ accusantiū locutio: quia contra prauos quattuor accusatores resurgent. Primus erit conscientia propria. iuxta illud Dañ. vij. Sedebit iudiciū ꝛ libri aperti sunt. s. conscie. ꝛ illđ hiere. ij. Arguet te malicia tua. Tūc enim in conscientia cuiuscūqʒ patebunt omnia scelera. Et qui de sceleribus suis penitentiam non fecerunt in conspectu totius mundi confondent. Quia vt ait. Ber. petm̄ propriū cuiuscunqʒ dicet i iudicio. Tu me fecisti opus tuum fuʒ: ego semper tecum ero ꝛc. Secūdus erit scriptura sacra. iuxta illud Jo. v. Est q uos accusat moyses ꝛ lex moysi. Tertius erit celum iuxta illud Job. ij. Reuelabūt celi iniquitatē eius. Quartus erit sathanas cū satellitib⁹ suis. Sed gnqʒ erunt principales i iudicio loq̄ntes. Prim⁹ erit lucifer qui ante se ducet reges: imperatores: barones: comites ꝛ milites prauos

⁊ puersos ⁊ reliquos sup̲bos: ⁊ dicet ip̄e
lucifer iudici. Eq̄ssime iudex: ecce isti ho
mines pessimi: leges ⁊ p̄cepta tua frege
runt pupillos ⁊ viduas occiderūt ⁊ pli-
mos opp̄ssert: vt sup̲bie sue vacarēt ⁊ sa
tisfacerēt. Cui dicet iudex xp̄s: sup̲bis ē
fortiter resistendū: sepa ergo eos ad sini
stram partē nec poterūt luciferi potētie
resistere. ¶ Secūd⁹ accusator erit mā-
mona q̄ ducet ante se vsurarios p̄dones
maris ⁊ terre mercatores ⁊ artifices qui
mēdacijs ⁊ piurijs lucrāt ⁊ rusticos qui
festa nō custodiūt p̲p lucra: q̄ ēt iudici di
cet. Iudex eq̄ssime in euāgelio dixisti: vt
Math. vij. scribit. In qua mēsura mēsi
fueritis: metiet̄ ⁊ vobis. Isti semp̲ mēdaci
is falsitatib⁹ ⁊ opp̄ssionib⁹ ꝓximos decepe
rūt. Cui dicet xp̄s. Ois auar⁹ regnū dei
ñ possidebit: q̄ sicut bti paupes: ita ma
ledicti cupidi ⁊ auari. Separa ergo eos:
qḋ ⁊ faciet: nec poterunt ei oēs isti auari
resistere. ¶ Terti⁹ erit Asmode⁹ q̄ ducet
añ se oēs furciferos sodomitas adulte-
ros: incestuosos vtriusq̄ sex⁹ ⁊ dicet: O
iustissime iudex posuisti in p̄ceptis tuis.
Nō mechaberis: nō ꝯcupisces vxorē ꝓ
ximi tui: q̄ isti nullaten⁹ obseruare volue
rūt. Cui ipse xp̄s: caro ⁊ sanguis regnuz
dei nō possidebūt. Separa eos: qḋ ⁊ fa
ciet. nec poterūt ei oēs luxuriosi ꝯdicere
¶ Quart⁹ erit Belzabub q̄ ducet añ se
h̄reticos: incātatores: maleficos: sortile-
gos ⁊ diuinos ⁊ dicet xp̄o. Dñe in multis
locis diuine scripture p̄cepisti qḋ te vnum
deū adorarent: nec facerēt sculptile: ido
la: ⁊ maleficia: ꝫ isti ꝓrsus ꝯfecerūt poti
ri vtriq̄ pseudo ꝓphet̄ ⁊ mala intelligētia
scripturaꝝ: ecce q̄ adsūt q̄ ecclia ꝫ tuā de
struxerūt. Cui xp̄s isti sūt lupi rapaces:
fures ⁊ latrones: q̄ nō sūt ingressi p̲ ho-
stiū in ouile: q̄ comederūt oues meas: i
vestimētis ouiū ambulantes. ⁊ iō sepa
eos: qḋ ⁊ faciet: nec poterūt ei suis argu-
mētationib⁹ ⁊ incantationibus ꝯdicere.
¶ Quint⁹ ē ali⁹ demō q̄ dat⁹ ē ī ruinam
status clericalis. s. Beemoth: ⁊ iste du-
cet oēs dānatos clericos: p̄sb̄os: ep̄os:
archiep̄os: cardinales: ⁊ sūmos pontifi
ces: religiosos ⁊ religiosas regulares: q̄
suas regulas nō obseruauerunt ⁊ dicet.
Dñe istos elegisti vt irēt ⁊ fructū afferrēt
⁊ eoꝝ fruct⁹ p̲maneret. sed isti in ecclesia
tua magis dissipauerūt q̄ꝫ ꝯstruxerunt.
Cui dicet xp̄s: hij ꝓlixi⁹ iudiciū accipi-
ent: q̄ noluerūt me seq̄. Et iō tāto indi-
gni⁹ tractādi sūt q̄ꝫto dignissimā dilectaꝫ
sponsā meā vilissime tractauerūt. Sepa
tgit eos longi⁹ a me: qḋ ⁊ crudelr̄ faciet:
nec poterūt sua dignitate ꝯdicere. ¶ De-
inde veniet demō cuiuscūq̄ pcti auctor
ante iudicē quēlibꝫ singulariter accusās
iux illḋ Aug. ī q̄dā ep̄la. Presto erit ad
uersarius n̄r diabol⁹ cū recitabunt v̄ba
ꝓfessionis n̄re ⁊ obijciet nobis q̄cūq̄ fe
cerim⁹ ⁊ in q̄ loco peccauim⁹. ⁊ qua ho
ra: ⁊ q̄d boni tūc tpi̲s facere debuim⁹. Et
si tales inuenti fuerim⁹ exultabit ille ne-
q̄ssim⁹: agēs talē cām apḋ talē iudicem
dicturus est enī diabol⁹: Eq̄ssime iudex
iudica hunc esse meū ꝓpter culpā q̄ tu⁹
esse noluit p̲ grām: tu⁹ per nām: me⁹ per
miseriam: tuus per passionem: me⁹ per
p̲suasionē: tibi inobediēs: mihi obediēs
A te accepit immortalitatis stolā: a me
pannosam hāc qua indut⁹ est tunicā: tuaꝫ
vestem dimisit. cū mea veste huc aduēit
oīa que huc attulit: mea esse video. mea
cōcupiuit: meus esse voluit ⁊ ideo meū
puniri dꝫ: heu heu. poterit ne talis aperi
re os suum q̄ talis inuenie̅t. vt iuste cuꝫ
diabolo dānetur? hec ille. ¶ Secūdum
erit multoꝝ testimoniuꝫ: q̄ sicut q̄tuor
accusatores in iudicio surgent: ita q̄tu-
or testes. Prim⁹ testis angelus cuiuslibꝫ
hois. Vñ Crisosto. sup Math. Angeli
aderūt cū ipso testificātes quantum ad-
ministrauerūt a deo missi. Secundus te
stis erit filius indisciplinatus contra pa
trem. ⁊ filius spiritualis ꝯ patrem spiri-
tualē ⁊ temporalis cōtra patrem tempo
ralem: ⁊ corporalis: contra corporalem.
ideo Eccle. xli. De patre impio cōq̄runt
filij: q̄m p̲p ip̄m sūt ī opprobriū. Tertiuꝫ
testis erit clamor pupilloꝝ orphanoꝝ ⁊
viduaꝝ. Sap. v. Tūc stabūt iusti ī ma-
gna ꝯstātia aduersus eos q̄ se angustia-
uerunt

nerūt τ q abstulerūt labores eoꝝ. Vidē/
tes turbabunt timore horribili: τ mira/
bunt in subitatione insperate salutis ge/
mētes ꝑ angustia spūs gemētes dī. inter
se. Hi sunt quos habuim⁹ aliqñ in deri/
sum. τ in silitudinem improperij. nos in
sensati vitam illorum estimabamus in/
saniā τ finē illoꝝ sine honore. ecce quō
cōputati sunt inter filios dei τ inter scōs
sors illoꝝ est. Hec ibi. Quart⁹ testis τ vl
tim⁹ erit xp̄i passio. iō Hiero. Crux xp̄i
ꝯ te porabit. xp̄us ꝑ vulnera sua ꝯ te al/
legabit: cicatrices ꝯ te loquentur. claui
de te ꝯquerent. Tūc eniꝫ xp̄s fm Ber.
dicturus ē peccatorib⁹. Ecce miserrimi
nazareth vbi annūciatus τ concept⁹ fui.
ecce. bethleē vbi natus τ pānis vilib⁹ ob
uolut⁹ extiti. vbi in presepio in medio bo
uis τ asini sup̄ senū reclinatus iacui. ec/
ce hierusalē in qua flagellatus: vilissime
dectus clamantib⁹ iudeis: crucifige: co/
ronā spineā portās adiudicat⁹ sum mor
ti. ecce caluarie locus vbi crucifixus sui.
Ecce hortus vbi orans pro vobis guttis
sanguinis cū magno dolore sudaui. ec/
ce instrumenta mee passionis. quibus tā
dire cruentatus fui. Ecce carnē quā pro
vobis assumpsi. Ecce cicatrices quas ꝓ
vobis pertuli. τ reliqua similia. Que om
nia confirmat Augu. de vanitate mūdi
dī. Ego te homo de limo terre hui⁹ ma/
nibus meis formaui: τ in paradisuꝫ me
um qd nō merebaris collocaui. ſꝫ tu me
iussaqꝫ mea cōtēnēs. deceptorē seq vo/
luisti. vñ τ iusta pena dānatus in inferni
supplicijs deputat⁹ es. postea tui miseri⁹
carnē assūpsi in terris degēs vitā iter pec
catores habitaui. contumelias τ v̄bera
ꝑ te sustinui vt te eriperē colaphos τ spu
ta suscepi vt te honorarē. Acetuꝫ cū felle
bibi. vt dulcedinem paradisi degustares
vepribus coronat⁹. cruci affixus. lancea
vulnerat⁹ sū ꝑꝑ te mortu⁹. In sepulchro
positus ad inferna descendi. vt te ad pa/
radisum reducerem tartara adij. vt in ce
lum regnares. Agnosce ergo ipictas hu
mana quanta pro te pertuli. Ecce limo/
res quos ꝓ te suscepi. ecce clauoruꝫ fora
mina quibus affixus in cruce pependi.
Suscepi dolores tuos. vt sanarē te. Su
scepi penā. vt tibi darem gliam. Suscepi
mortē. vt tu haberes vitā imortalē. Hec
ille. Quid igit̄ facient miseri τ infelices
dānati xp̄m talia dicēteꝫ audiētes? ꝑfe/
cto nihil et respondebūt. sed stridebunt
dentib⁹ super se τ plangēt. Vñ Crisosto.
super Math. hoc cōfirmans ait. Plā
gent se iudei vidētes viuentē τ viuifican
tem quem quasi hominē mortuū existi/
mabāt. Plāgēt se gētiles qui vanis phi/
losophoꝝ disputationib⁹ decepti irrōna
bilē stulticiā putauerunt esse deuꝫ colere
crucifixū τ detulerūt creature gliaꝫ crea
toris. Lugebūt mali xp̄iani q magis di/
lexerunt mūdū q̄ xp̄m. cū audierint eū
verba hec ad se dicentē. Ego ꝓpter vos
homo factus sum. ꝓpter vos alligatus.
delusus? cesus: τ crucifixus. vbi ē tātaꝫ
meaꝝ iniuriaꝝ fructus? ecce sanguinis
mei ꝑciū quē dedi redēptionē aiaꝝ vr̄a/
rū. vbi est seruitus vr̄a quā mihi ꝓ ꝑcio
sanguinis mei dedistis? Ego sup̄ gloriā
meā vos amaui. cū essē de⁹ apparēs hō
τ viliorē me oib⁹ reb⁹ vr̄is fecistis. Nā
oēm rem terre vilissimā ampli⁹ dilexistis
q̄ iustitiā meā τ fidē. Plangēt se heretici.
qꝛ purū hominem crucifixū dixerūt cuꝫ
viderint ipsum esse iudicem quē cōpre/
henderunt iudei. Plāgēt oēs trib⁹ terre
qꝛ nec v̄tus resistendi ē ꝯ eū. nec fugiē/
di facultas añ faciē ei⁹. nec pnie loc⁹ nec
satisfactionis tp̄s τ angustia est oīuꝫ re/
rū. nihilqꝫ eis remanet ꝑter luctū. Hec
ille. ¶ Ex quib⁹ oīb⁹ cōcludit̄ q in iudi
cio erunt cōuenientes accusatores τ te/
stes. De quib⁹ ait Ber. Attende q̄ cito
veniet dies vltima subito veniet τ forsitā
hodie erit. iam adest. iam presentaberis
ante xp̄i tribunal τ tremēdū iudicē. Ac/
cusaberis de multis τ magnis offensis.
non vno nec paucis. sed innumeris cri/
minibus non paruis. sed immensis nō
dubijs sed certis. non breui accusatōne.
sed tam longa q̄ longa fuit tota vita tua
non vno accusatore sed tot quot fūt deli/
cta tua. Ipse iudex est districtus accusa/

tor tuus. Omnes etiam boni et mali co
ram deo accusabunt te: cum eo boni qr
debent deo equitatē: mali qr seruant tuā
equitatem. Tot iudicibus populis asta
bis quot te precesserūt in ope bono. Tot
conuinceris testib⁹: qt te monuerunt bo
nis ſmonib⁹ et iustis accusationib⁹. Om
nibus pplis iudicabūtur iniqtates tue et
cūctis agminibus patebūt scelera tua nō
solū actuū: verū et locutionū et cogitatio
nū et ira. Hinc erunt accusātiū pctā: inde
terrens iustitia subt⁹ patebit horrēd⁹ infer
nus insuper iudex irat⁹. intus remorsus
cōscientie foris mūdus ardens. Si iust⁹
vix saluabitur: peccator sic deprehensus
in quam partem se premetur: latere ē im
possibile. apparere intollerabile. Hec ille
¶ Tertium in executione vniuersalis iu
dicij erit a iudice debita interrogatio. Nā
vt ipse iudex accusatores contra malos et te
stificationes audiuerit: separabit bonos
a malis: et statuet quidē oues. i. bonos a
dextris: hedos aūt. i. malos a sinistris ſz
qr in pñti vita p diuersa itinera incesserūt:
quia dextera per bonū opus: sinistra per
malum intelligitur. vnde Prouer. iiij.
Uias que a dextris sunt nouit dominus:
peruerse vo sunt que a sinistris. Et tunc
societatem suam interrogabit. ¶ Primo
dulcissimam matrem suam di. Mater
mea dulcissima te ob tenerrimū amorē
quem ad me semper habuisti: reginam
in celo constitui misericordie innumera
biles hoies vtriusqz sexus p te salui facti
sūt. Ecce ergo vide istos miserabiles pec
catores quid tibi vr: Tūc gloriosa virgo
Maria dicet filio. O fili benedicte in q
sunt omnes thesauri scientie et sapientie
dei bñdictio et claritas et sapientia: Ego diu
fui in mundo tue sanctissime voluntati
me semper conformare volui: nunc er
go quia non est amplius tempus miseri
cordie sed iustitie: nihil aliud dico: nisi vt
facias iustitiam cum illa tamen miseri
cordia que sine piudicio iusticie fieri po
test. O indurati peccatores conuertimi
ni dum tempus habetis: quia veniet di
es illa in qua nō erit locus supplicatiōis
et clementie. ¶ Secundo interrogabit
aplos martyres cōfessores q rñdebūt bñ
ficia narrātes q ad vtilitatē aiaꝝ fecerūt.
Deinde subiūget. Eqssime iudex apō te
nullū bonū ē irremuneratū: et nullū ma
lū īpunitū. Cuz ergo istos a dextris tuis
stantes multa bona vt nōuit sanctissima
tua maiestas constat fecisse et econuerso
malos: multa et grauia mala dignū ē vt
his bonis pmiū et his malis supplicium
tribuas: et tunc sigillatim omnes malos
a sinistris stantes cōdemnabūt incipien
te. Abel clamare contra inuidos et homicidas
Et Jacob contra gulosos. Et Joseph contra forni
catores et idolatras. Joanne baptista cō
tra adulatores. Et Petro contra simo
niacos vidicta. vin. vin. Domine eterne
glorie. Et sic patet secūda pars.

¶ Pars tertia hui⁹ ſmonis in q ponit
vniuersalis iudicij terribilis sētentiatio.

Ertio ponit tria congruētia ad
determinationē vniuersalis iu
dicij. ¶ Primū erit bonoꝝ p
meritis bñdicta remuneratio. Tūc enī
dicet his q a dextris erūt. Uenite bñdi
cti pris mei possidete patū vobis regnū
a cōstitutione mūdi. O dulcissima allo
cutio. O vox oī iocunditate plenissima.
O vox repleta oī suauitate q bti inuitāt
ad grām et glīam et añcedētē pdestina
tionē. Ad grām qdē ptinet bñdictio dei
pris de q dr. Uenite bñdicti. Ad glīam
ptinet possessio regni: de qua dr: possid
te paratū vobis regnū. Ad pdestiatōē
ptinet pparatio ab eterno: de q dr: a cō
stitutōe mūdi: iō vos bñdicti: venite ad
sūmā opulētiā q fuistis pauperes: ad sūmā
excellētiā q fuistis humiles: ad sūmā le
ticiā q fuistis in pñia tristes. Et cāz hui⁹
pmij assignauit di. Esuriui et dedistis mi
hi man. vbi notādū qr sex miserie corpo
rales i hoc mūdo sūt: fames: sitis: frig⁹:
pegrinatio: infirmitas: et carcer. qb⁹ sex
opa mīe corrñdēt: cibare: potare: vesti
re: colligere: seruire: redimere: q oia ele
cti ministrauerūt. De septio ope mīe. s.
sepultura nulla mētio fit eo qr mīa fit p
ximis

to tempore vite mee recogitabo tibi: qđ
ex nouē regulis fieri potest. s. vt omnia
peccata ad memoriam veniāt. ¶ Pri/
ma regula constat ex etatis consideratio
ne. s. infantie: pueritie: adolescentie: ⁊ hu
iusmodi cōsiderando in qua etate est ⁊
in q̄ fuit ⁊ q̄ pctā i eis cōmiserit. ¶ Se
cunda regula ꝯstat ex consideratiōe sta
tus in quo est vel fuit. s. virginitatis ma/
trimonij. vel viduitatis. ¶ Tertia regu/
la ex consideratione fortune ꝓsperitatis
vel aduersitatis. ¶ Quarta regla. ex cō
sideratione officiorū recogitādo artes ⁊
exercitia quas fecit. ¶ Quita regula ex
consideratione societatum cū quibꝰ cō
uersatur vel conuersatus fuerit: ⁊ locoꝝ
in quibus fuit. ¶ Sexta regula ex cōsi/
deratione temporū. s. solēnitatū naptia
rum ⁊c. ¶ Septima regula ex conside
ratione peccatoꝝ cordis: recogitādo qđ
corde cōmisit. ¶ Octaua regula ex cō
sideratione peccatorū oris recogitando
peccata que ore contraxit. ¶ Nona re/
gula ex consideratione peccatoꝝ operis
Et sic discurrendo poterit peccator mul
ta peccata inuenire. Caueat tñ penitens
ne nimis morose pctā carnis excogitet
qr Ecc. xiij. Qui tetigerit picem inquina
bit ab ea his ⁊ alijs reuocatis ad mentē
peccator ad deum se conuertat ⁊ percu/
tiēs pectꝰ suū ad se excitādū dicat cū pu/
blicano. Deꝰ ꝓpitiꝰ esto mihi pctōri. Et
cum filio prodigo. Luc. xv. Pater pec
caui ⁊c. ¶ Secundus igit modus ꝑpa/
rationis qui sequit ex predictis dicit ama
ricationis: qr penitens predicta cogitan
do irruet in amaritudinem ⁊ dolorem:
ideo ꝓpheta dixit. In amaritudine ani
me mee ad quam amaritudinem. Hie
re. xxxi. Hortatur di. Pone tibi amari
tudinem dirige cor tuū in viam rectam
Quam amaritudinem Dauid sentien/
do dixit. Rugiebaz a ge. cor. mei. Et ali
bi. Fuerunt mihi lachryme mee. p. di. ac
nocte. Amaricata igitur talibus ꝑpara/
tionibus anima secure accedat ad con/
fessionem disponens in futurum nō pec
care: qr sine ipsa dispositione confessio
non valet cuius rei euidentia patet p exē
plum Cesarij sic dicentis. In barbaria
quidam demon hominibus peccata cō

missa ⁊ non ↄfessa ĩproperabat: quē qui
dam homo desiderās videre: sed timēs
ne peccata sua reuelaret peccata sua vni
uersa confessus est sacerdoti voluntate
peccandi retenta: vnde ex hoc securior
factus venit ad domū mox vt retro aspe
xit demon in aere clamauit. Amice veni
huc certe bene te dealbasti: ⁊ statim om
nia peccata sua licet confessa omnib⁹ re
uelauit: ⁊ q2 turpia ⁊ vilia erant illum ni
mis confudit: tristis igitur effectus ⁊ in
se reuersus rediens ad sacerdotem que
gesta sunt retulit ⁊ confessionem iterauit
cum firmo proposito perseuerādi: ⁊ re/
uersus ad demonem dixerunt quidam
de circunstantibus: Ecce amicus tuus
cui tam turpia peccata improperasti. Et
respondit demon: Ego isti nihil impro/
peraui: neq3 de eo aliquid mali scio ⁊ exi
stimauerunt demonem fuisse mentitū3:
⁊ sic per confessionis virtutem euasit no
tam maxime confusionis. O confessio
dignissima. O confessio que omnes co/
operis maculas. Preparem⁹ ergo cor
da nostra diligenti peccatorum discus/
sione ad tam salubre confessionis sacra
mentum vt in presenti cōsequamur gra
tiam Amen.

¶ Feria q̄rta post tertiā dñica3 quadra
gesime. De cōfessionis feruoritate ⁊ sim
plicitate. Sermo .lxij.

Ic popu
lus labijs me hono
rat. cor autē eorū lō
ge ē a me. Matth.
xv. In verbis predi
ctis fratres charissi
mi hoc quod etia3
in precedentis sermonis fine tractatum
est euidēter aperitur. Quia videlicet cō
fessio oris d3 fieri cum antecedente ama
ritudine mentis: sine qua confessio nul
la est. Tales eni3 sic confitentes. s. ore tm̄
⁊ nō mēte: similes sunt huic populo de
quo mentio fit in hodierno euāgelio, de
quo prophetatū3 fuerat per Esa. xxvij ſ.
c. sub alijs v̄bis di. Eo ꝙ appropinquat
populus iste ore suo. ⁊ labijs suis glorifi
cat me. cor autez eorum longe est a me.
Qua ꝓpter saluator noster ipsos redar
guit de falsa sanctitatis simulatione: q2
ad hoc ꝙ essent in reuerētia populi ostē
debant sanctitatem in verbis ⁊ exteriori
conuersatione: cū tamen interius ēēnt
corrupti: Unde dicit. Hypocrite bene ꝓ
phetauit de vobis Esa. di. verba propo/
sita di. Hic populus ⁊c. Nā ⁊ hodiernis
temporibus q̄3 plurimi tales reperiūtur
qui solum confitentur ad apparentiam ⁊
ostentationem sanctitatis ⁊ non cum ꝓ
posito ⁊ dispositione cauendi a peccatis
contra quos Aug. li. i. de sancta virgini/
tate. Nemo a peccato tanq̄3 reditur⁹ ab
scedat nec se huiusmodi quasi societatis
pacto cum iniquitate constringat vt eū
magis confiteri q̄3 cauere delectent: hec
ille. De qua confessione tria in presenti
annotabimus a predictis diuersa. Pri/
mo confessionis feruorationem. Secū/
do confessionis subiectionem. Tertio cō
fessionis simplicem apparitionem.
¶ Pars prima vbi declaratur ꝙ con/
fessio debet esse cum charitate facta.

P Rimo igitur aduertendum est
ꝙ ad hoc ꝙ cōfessio sit fructuo/
sa d̄bet esse cum charitate facta
quia nullum opus est meritorium in cō
spectu dei sine charitatis fūdamēto: vt ait
Gregorius ait. Nihil habet viriditatis
ramus boni operis si non māserit in ra
dice charitatis. Et Augustinus in libro
de spiritu ⁊ litera. Infructuosum est il/
lud quod de radice charitatis nō surgit
Ex quibus sic arguitur ꝙ infructuosa sit
confessio si non surgit a radice charita/
tis. Inde Augustinus in alio loco ait:
Si charitas non est non adimpletur ꝑ/
ceptum sed fingitur. Et glosa super illud
Job. xxxvi. Non clamabunt cum victi
fuerint ait: Confessio est validus cla/
mor ad dominum: Tunc sic: Clamor
non est validus nisi fiat in charitate ⁊

Hoc idem probatur rationibus sic. Cō
fessio ad quā tenet fidelis est meritoria:
sed nihil est meritorium quod nō proce
dit de charitate: ergo ⁊c. Preterea con
fessio est preceptū noue legis que est lex
amoris: Vñ Aug. assignans differentiā
inter legē veterē ⁊ nouā ait. Breuis dif/
ferētia legis ⁊ euāgelij. timor: ⁊ amor er
go cōfessio dz fieri ex amore. Preterea
confessio dz fieri ad reconciliandū peni
tentē deo ⁊ eccl'ie: ⁊ propter hoc precipit
eo ergo modo debet fieri vt ea reconci/
lietur penitens deo ⁊ ecclesie sed non re
conciliatur aliqs deo vel eccl'ie ex ipa ni
si fiat ī charitate vl' ex charitate ergo ⁊c.
Sed qualiter predicta habeant intelligi
declarat Alex. vbi. s. ꝙ dupliciter pt fie
ri confessio. Vno modo solū ne statutū
eccl'ie trāsgrediat: ⁊ hanc nō est necesse
fieri in charitate siue ex charitate: vnde
non peccat mortaliter q cōfitet sacerdo
ti existens in peccato mortali eo ꝙ con/
fitet in mortali. Et fm quosdā maxime
beatum Tho. in. iiij. di. xvij. ar. i. q. i. talis
nō tenet iterare confessionē: sed tenetur
postmodū fictionē suam confiteri. ⁊ tūc
licet confessio tempore fictionis: non p/
cipiat absolutionis fructū: tñ recedente
fictione recipiet. Alio modo pōt fieri cō
fessio vt fiat satisfactio deo ⁊ eccl'ie de of
fensa peccati: ⁊ ista dz fieri in charitate
vel ex charitate saltem sufficienti ⁊ pba
bili. Scdz Boñ. i. iiij. di. xvij. q. vl. Et sic
hñt predicte auctoritates ⁊ rōnes in//
telligi. ¶ Attende ergo ꝙ si cōfessio tua
non sit in charitate facta infructuosa est
quo ad deū ⁊ meritū remissionis culpe
⁊ premij vite eterne. Et no. ꝙ tc ꝯfessio
est sine charitate qñ non contereris de
cōmissis: qñ vis abstinere ab vno pec/
cato ⁊ non ab alio: qñ ad ipsam accedis
cū voluntate peccandi: qꝛ fm Boñ. vbi
s. sic peccas mortaliter: qꝛ sacramentū
irritū facis. Et ideo nō est meritoria tua
confessio: ⁊ opera post confessionem per
te facta ad vitam eternam nihil prosunt
cum fuerint in peccato mortali: nec sic d
bes absolui a sacerdote si ei ꝯstet de tua
fictione: quod si fecerit nihil tamē valet
quo ad deum. Cuius ratio est: qꝛ sacer/
dos non absoluit aliquem nisi illū quē
credit diuinitus absolutū: vt dicit Tho.
in quolibet. q. xxiiij. Confirmant oīa ista
per illud dictū Sap. Ecc. xvij. A mor/
tuo quasi nihil perit confessio. Qd expo
nit tribus modis Primo modo sic A
mortuo. i. morituro de proximo quasi ni
hil perit cōfessio: qꝛ egrotantis ad mor/
tem nihil valet confessio: eo qꝛ dolor ⁊
angustia mortis sic aiam vexant vt de
peccatis non valeat cogitare. Secundo
modo exponit sic. A mortuo. i. post mor
tem quasi nihil perit confessio qꝛ in infer
no nulla est confessio: iuxta illud ps. In
inferno qs confitebit tibi. Tertio modo
exponit sic: a mortuo. i. ab exñti in pctō
mortali: quasi nihil perit confessio: qꝛ cō
fessio extra charitatē facta fructū meriti
non percipit vt dictū est. Facienda est er
go pnia cum charitate. que cognoscitur
ex tribus: Primo si voluntarie confite
tur ⁊ non coacte: vt ait ,ppha. Volunta
rie sacrificabo ti. ⁊ cōfi. no. tu. do. quoni
am bonū est. Et hoc dr̄ propter illos q
nisi timore prelatorum vel timore mor
vel infamie ⁊ confusionis nō confitent.
his quidez confessio infructuosa est quo
ad deū pz ex dictis. Secūdo potest co/
gnosci charitas si ñ timore pene sz amo
re glie dolet d peccatis. Nā si pctōr cer
tissime sciret nullā p peccatis suis suffer
re penā adhuc ex charitate de eis debe
agere pnīam: vnde Aug. de pe. di. vij. c.
nullus ait. Scriptū est neminē sine cha
ritate saluū esse. Tertio penitentis chari
tas potest cognosci ex locutione. Naz vt
doc. dicunt. Si quis penitēs eēt hui⁹ in
tentionis ꝙ preuerecundia aut alia cau
sa confessori peccata nō diceret nisi iter
rogaret ab eo: vere penitēs dici nō debz
⁊ confessio sibi nō valet: qꝛ fit sine cha/
ritate ⁊ debita dispositione. ¶ Unde cō
fessores attendant ad hoc periculū euitā
dū quaten⁹ per seipsos: primo de qb⁹ re
cordant faciant penitentes confiteri ⁊ de
inceps ad examinationē deueniant: ⁊ si/

mulier

militer ipsis penitentibus dicāt vt de ta/
li mala dispositione dolcant. Ex quibus
sequitur ꝙ qñ peccator verecundia pre/
peditus cuidā sacerdoti nōnulla cōfitet
que nullaten⁹ alteri diceret confessio mi
nime valet. Nā posito ꝙ sacerdos ille ñ
eēt nō minus obligat ad ꝯfessionē dum
modo habeat idoneum sacerdotem. Et
sic patet pars prima.

¶ Pars secunda vbi declaratur ꝙ cō
fessio debet fieri cum subiectione.

Secundo in isto sermone aduer
tendū est ꝙ ad hoc ꝙ ꝯfessio sit
salubris ꝛ fructifera debet peni/
tens in omnibus se subijcere cōfessori: ꝛ
parat⁹ esse ei in oib⁹ obedire que pertinēt
ad salutē anime sue: vñ Aug. in li. de pe
nitentia: ꝛ de pe. distin. v. c. ꝯsideret ait.
Ponat se penitēs oio in manu iudicis
ꝛ in iudicio sacerdotis: nihil sibi reseruās
sui: vt oīa eo iubēte paratus sit facere ꝓ
recuperanda vita aīe quecūqꝫ faceret ꝓ
euitanda corporis morte. hec ille. ¶ Sz
hic orit vnū dubiū. Si penitens teneat
tentione necessitatis recipe ꝛ explere pe/
nitentiaꝫ sibi iniunctaꝫ a sacerdote: ꝛ cir
ca hoc diuersi diuersimode dixerūt Ale
xander vbi. s. tractatu de satisfactione in
generali ad hoc sic ait: Nō ꝗdiu sit ali/
quis simplr de foro eccliē militantis te/
net ad impletionem pnīe sibi iniuncte a
ministro militantis ecclie: etiam si ma/
ior condigna sit: dūmodo illi suppetat fa
cultas adimplendi. hec ille. Ric. in. iiij.
di. xviij. art. i. q. v. sic ait. ꝙ aut sacerdos
iniungit pniam rōnalem indiscretaꝫ aut
irrōnalem ꝛ indiscretam. Si prio modo
dico ꝙ penitēs tenet tentiōe necessitatis
eam recipe ꝛ ꝓ virib⁹ explere: qꝛ peniten
tiā talem iniūgēdo recte vtit clauib⁹ ꝛ q̄/
libet tenet sui iudicis iustā sniam obser/
uare: vñ si penitēs talē pniam scienter ꝛ
ex deliberatione ꝛ absqꝫ legitima causa
vel dispensatione omiserit explere morta
liter peccat. Si ṽo secūdo, mō penitens
nō tenet eaꝫ recipere neqꝫ explere: qꝛ sa
cerdos talē pniam iniungendo abutitur
claue sciētie ꝛ potentie. hec ille. Et pro
ipso facit. c. statuimus. extra de maledic.
vbi dr. Si pniaꝫ renuerit pctōr inflictaꝫ
a sacerdote interdicatur ei ingressus ec/
clesie. ꝛ vltimo. careat ecclīastica sepultu
ra nullam misericordiā habiturus. Ad
idē facit extra de clerico excōi. deposito.
vel interdicto, celebrante. c. cū latro. glo.
sup ṽbo. ab officio. Scot⁹ ṽo totū oppo
situ tenet in. iiij. di. xviij. q̄si in medio ṽ/
sicu. nūquid pniam. Nō sacerdos tali re
nuēti nullā pniam īponere dꝫ: qꝛ postꝗ
penitēs est ꝛ ꝯtrit⁹ sufficit ei ad remissio
nē culpe: qꝛ maiorē partē pene sustinebit
in purgatorio: qꝛ ille qui est cōtrit⁹ ꝛ con
fessus ꝛ nō soluit penā sibi debitam in fo
ro hui⁹ mūdi persoluet ī foro purgatorij
Host. aūt de pe. ꝛ remis. §. ad quid valēt
ṽsi. tu teneas. dicit. Tu teneas ꝙ ꝓ quoli
bet pctō mortali duplex pena debetur. s.
eterna que ꝑ ꝯtritionē dimittit ꝛ tpalis q̄
per ecclīam imponit ꝛ remouet. Si er/
go dn̄s est largus in dimitēdo penā eter
nā: seruus ꝛ minister nō debet eē parcus
in dimitēdo penā tpalem: vt pꝫ. xxvi. q.
vij. c. allegāt vbi ēt dicit. Melꝰ ē ꝑꝑ mi
sericordiā reddere rationem ꝗꝫ ꝑꝑ cru/
delitatē. His ergo visis qd dicēdū ē ad
hoc nisi ꝙ ꝯfessor prudēs ꝛ discret⁹ non
debet īponere pniam nisi fm dispositio
nē penitentis: qꝛ ꝗuis debeat conari cō
formare se cū iuris dispositione: tñ con/
cessum est ei faciendi sup pnia imponen
da remissionē: iniungendi illa que saluti
penitētis magis videant expedire: ꝛ hec
est cōis opinio doc. ꝛ no. do. Anto. d bu
trio in. c. si quis. extra de furtis. Probat
ēt ex̄ de pe. ꝛ re. c. significauit. ꝛ. c. de⁹ qui
ꝛ. c. omnis. §. sacerdos. ꝛ ex̄ de homici.
c. sicut dignū. ꝛ de eo q cog. ꝯsang. vxo.
sue. c. transmisse. xi. q. iij. c. absit. xxvi. q.
vij. c. tpa. de pe. di. i. c. mensurā. Et ideo
debet sacerdos iniungere pniam consi/
deratis criminis quātitate: q̄litate: ꝑsone
dignitate: cōditione: officio: pauptate in
firmitate: debilitate: consuetudine: causa
animo: ꝛ voluntate: vnde si aliquē inue/
nerit qui dicat se penitere non tamē vult
subire onus penitentie dicens se tenerū

aut male complexionatum vel sile. Tūc
Ray. ⁊ Hosti. debet sacerdos talē indu
cere sicut potest vt aīum habeat paratū
ad implendū pniam quā sibi iniunget:
ostendens sibi magnitudinē pctō♃: qꝛ
ꝓ quolibet mortali deberet septēniū re
gulariter imponi. xxxiij. q. ij. c. hoc ipsuꝫ
⁊ §. sequenti. Rō huius est: qꝛ sic pctō ⁊
per pctm̄ septiformē grāꝫ. s. spirit⁹ sancti
amisit sic per septēnij penitētiā recupera
ret. ⁊ si potest eum inclinare imponat ei
talē pniam siue satisfactionē cum volun
tate sua qualem verisimiliter pōt porta-
re ne deterius ei cōtingat postmodū vio
lando. Q̄ð si non viderit eum iclinatuꝫ
non iponat ei nisi qualēcunqꝫ paruā pe-
nitentiaꝫ nō negādo ei absolutionē: ostē
dat tamē ei ꝙ id ꝙ min⁹ faciet hic ꝯple-
bit in purgatorio. Et si sacerdos nō pōt
gaudere de omnimoda ei⁹ purgatione:
gaudeat saltem qꝛ ipm̄ liberatū a gehē-
na ad purgatoriū pōt transmittere. Ca-
ueant tn̄ sacerdotes ꝙ sic arbitrentur ne
vilescat ecclie auctoritas ⁊ potestas claui
um ꝯtemnat. vīj di. l. c. Absit a romana
ecclia rigorē suū taꝫ ꝓphana facilitate di
mittere. ⁊ neruos seueritatꝫ euersa fidei
maiestate absoluere: vt cū adhuc tn̄ ia-
ceāt in peccatis sed etiaꝫ cadant euersoꝝ
fratruꝫ ruine properata nimis remedia
excōicationū vtiqꝫ non ꝓfutura ꝑstent
vbi enim poterit penitentie medicina ꝓ-
desse: si ēt ipse medic⁹ intercepta. i. subla
lata pnia indulget periculis hoc nō ē cu
rare: sed si licet dicere veꝝ volum⁹ occi-
dere Hec ille. Accedēs igit peccator ad
ꝯfessionē ei humilr̄ se subijciat: ⁊ si pnia
fuerit ab eo sibi iūcta quā leuiter suffer
re pōt humiliter suscipiat: quia nec aliter
videtur bene dispositus. Si aūt penitēs
sentiat pniam nimis grauem ⁊ ad obser
uandū periculosā sua conditione pensa-
ta debet ad eūdem confessorē vel ad aliū
si illum habere non poterit recurrere: ⁊
alienationem vel cōmutationem petere
⁊ ꝯfessor debet concedere etiam si vide-
ret ꝙ pnia alienata non sufficeret plena
rie pro emenda peccati. Et sic pꝫ pars se
cunda.

Pars tertia vbi dclaratur ꝙ ad hoc
ꝙ confessio sit deo grata debet fieri cum
simplicitate.

Tertio aduertendū est ꝙ vt ꝯfes
sio sit deo grata debet fieri cum
simplicitate ⁊ puritate que in tri
bus cōsistere videtur. Primo in eui
tatione mendacij: qꝛ ꝯm theologos q in
confessione mentitur semper mortaliter
peccat: tum quia precepto est inobediēs
eo ꝙ suam conscientiam sacerdoti nō ma
nifestat. veritas ergo in cōfessione dicen
da est: vt Augu. au sermone. xxi. super
Jo. Hoc est confiteri i. dicere qð habes
in corde. Si auteꝫ aliud in corde habes
⁊ aliud dicis: loqueris non ꝯfiteris. hec
ille. Hinc est ꝯm Alexan. vbi. s. ⁊ Ric.
in. iiij. dist. xxi. ar. ij. q. iiij. Q̄ð etiaꝫ in cō
fessione non debet dicere quis quod nō
fecit humilitatis causa: qð probo rōne:
auctoritate: ⁊ similitudine. Ratiō e sic.
Nullus in confessione mentiri debet: vt
dictum est: sed quicūqꝫ dicit se fecisse qð
non fecit mentitur. Preterea min⁹ quili
bet se offendere debet q̄ꝫ ꝓximum: sed
non licet alicui ferre contra proximuꝫ su
um falsum testimoniū: vt patet Exo. xx.
ergo minus licet ferre contra seipsuꝫ: ſ
confiteri aliquod peccatum quod nō fe
cit: est contra seipsum ferre testimoniuꝫ
falsum: ergo ⁊c. Preterea nullus pōt ꝓ
curare ꝙ puniatur innocens sine pecca
to: sed qui cōfitetur peccatū quod nō fe
cit facit ꝙ innocens puniatur a sacerdo
te sine peccato: ergo ⁊c. Quod si contra
dicatur sic: In contritione licet cōteri si-
ue dolere plus debito etiam satisfacere
plus debito: ergo videtur similiter ꝙ in
ꝯfessione licet ꝯfiteri plus debito: qð nō
est aliud nisi confiteri plura se cōmisisse
pctā q̄ꝫ cōmisit. Ad hoc dicendum ꝯm
Alex. ꝙ nō est simile. Nunq̄ꝫ eniꝫ aliqs
pōt cert⁹ esse de sufficienti contritione et
satisfactione. ⁊ iō q̄ꝫtūcūqꝫ conterat vel
satisfaciat nunq̄ꝫ tn̄ illa satisfactio vel cō
tritio est superabūdans q̄ꝫtū ad ipm̄: q̄ꝫ
uis sit superabundans ꝯm rei veritateꝫ.

Et ideo

Et ideo nullum est ibi pctm̄: sed potius acquisitio meriti. De cōfessione vō non est sic: ideo de illa potest quis ꝛ debet eē certus Auctoritate hoc idem ꝓbat. Augu. xxij. q. ij. c. cum humilitatis di. Cum humilitatis causa mētiris: si nō eras peccator antequā mētireris mētiēdo efficeris quod euitaueras: veritas aūt vera in te non ē nisi ita te dixeris pctōrez vt te etiā eē cognoscas. hec ibi. Et in p̄mo de ci. dei. xxi. c. Testimonij falsi non min⁹ re⁹ est qui de se ipso falsum fatetur q̄ si aduersus proximum hoc faceret. Hec ille. Quod si ꝯdicatur per auctoritatē Gre. di. v. c. ad eiꝰ. Bonaꝝ mentiū est ibi culpam cognoscere vbi culpa nō ē: ergo a simili Bonaꝝ mētiū ē ꝯfiteri culpā vbi nō est. Ad hoc. ꝶ. Tho. ꝙ illud dupliciter potest intelligi. Uno mō q̄tū ad operationē: ꝛ sic nō est veꝝ: nō enim ꝑtinet ad bonā mētē sed ad errantē vt se actuz aliquē ꝯmisisse cognoscat quē n̄ ꝯmisit. Alio mō q̄tū ad ꝯditionē act⁹: ꝛ sic verum ē qđ dicit Gre. q: iust⁹ in actu q̄ de se bon⁹ ē r̄ formidat ne aliqd defecerit ex ꝑte sua: iuxta illud Job. ix. Uerebar opa mea: ꝛ iō ad bonā mētē ꝑtinet vt ēt formidinē quā corde tenet lingua accuset: vt patebit. ī. Postremo hoc idē ꝓbat similitudie: q: sicut in iudicio exteriori nullus dz aliquā accusationē ꝓponere ꝯ aliquē si n̄ hz ꝓbatōez ꝛ idoneos testes ita sir̄ nec in iudicio pēali dz qs aliqd ꝓponere nisi hēat testē ꝯsciaz vt legē mētis que hoc dictet. Cū ergo in pctō qđ non fecit nō hēat testē ꝯsciam: vr̄ ꝙ sup ius nō possit se accusare in iudicio confessionis: dz ergo ꝯfessio eē pura cuz euitatiōe ois mēdacij. ¶ Scđo puritas ꝯfessiōis vr̄ cōsistere in euitatione duplicitat̄: ꝓfecto sicut ꝯscia dictat pctm̄ cōfiteri debz Ubi nota. fm Alex. vbi. s. ꝙ penitēs aliquando scit se fecisse pctm̄ ꝛ tunc simpl̄r obligatur ad confitendū illud: ꝛ si apponit conditionē aliquā di. si peccaui: non ē confessio. Aliqñ timet se peccasse: ꝛ tunc nō obligatur ad cōfitendū illud simpl̄r nisi sub conditione vt cum quis dubitat se peccasse debet dicere. Si feci tale peccatum vel dixi tale verbum: dico meam culpam ꝛ volo subire penitentiam. Aliquando se oppinatur peccasse: ꝛ tunc obligatur ad confitendum absolute sed in q̄tum credit se fecisse illud sicut accidit in illis qui nimis habent cōscientias strictas: Unde frequenter credunt peccare quando non peccant: credunt dico post factum: quia si ante crederent peccare mortaliter in perpetratione operis committerent se discrimini ꝛ peccarent mortaliter ꝛ de talibus intelligitur dictū Grego. Bonarum mentium ꝛc. Si igit̄ aliquis dubitat de aliq̊ peccato an sit mortale tenetur illud confiteri manente dubitatione. In prima confessione quādo aliquis scit se peccasse ꝛ simpliciter confitetur est veritas in re: in corde: ꝛ in sermone. In secunda vō confessione quando aliquis se timet peccasse est incertitudo: ꝛ ideo non dz tūc cōfiteri simpliciter sed conditionaliter. vt patet. s. In tertia autem confessione quando opinatur aliquis se peccasse ꝛ n̄ peccauit: est falsitas in re ꝛ in sermone: sed veritas in corde: vnde licet talis dicat falsum non tamen mentitur: falsitas enim est contra veritatem in re vel in sermone: mendaciuz vō proprie contra veritatem in mente. hec Alexan. Certum ergo pro certo ꝛ dubiū ꝓ dubio in ꝯfessione aperiatur. ꝛ illa dubietas in q̄ anim⁹ magis inclinat nō taceatur tñ cauendū est ne ꝯscientia sit aut grossa aut erronea aut ꝑsumptuosa. Et iō cū quis suam ꝯsciam cum oī diligentia examinauerit existimare dz ꝙ multa mala que ignorantur ab eo ipso cognoscuntur a deo: hinc ꝓpheta dicit: Delicta quis intelligit: ab oc. m. m. me. ꝛc. ꝛ prime Chor. iiij. dicit Paulus. Nihil mihi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me de⁹ est Et iō tutū est vt penitēs se accuset de oī pctō qđ ex negligentia vel oblitione dimiserit in cōfessione: etiam si confessioni diligētiā debitā adhibuit: ꝛ sic ꝯfessio debet fieri cum duplicitatis euitatione.

¶ Tertio puritas confessiõis vř cõsiste
re in euitatiõe excusationis: vt videlicet
penitẽs pctm̃ suũ non excuset: iõ accuset
Ulude Augu. in lib. l. omel'. omel'. xij. ait.
Confiteamur pctã nostra nõ excusem⁹:
tu fecisti: tu reus es: tu cõfitere: tibi ignõ
scitur. Si aũt tu dicas nõ feci ego: vbicũ
q̧ vbum excusare volueris pctm̃ tuum
manet in te: ⁊ nõ illud nimodo sed etiã
hui⁹ superbie q̧ confiteri noluisti. Et ĩ li.
de vbis dñi. fmone. vij. ait: Esto accusa
tor tuus ⁊ deus erit indultor tuus: omne
enim crimen qđ facimus vel nostre est
negligentie: etenim sanctitas ⁊ virtus dĩ
est indulgentie. Hec ille. Cõuenit qđ fa
ciunt mlťi q peccatũ suuz vel retorquẽt
in deũ dicẽtes: deus voluit ⁊ tñ peccare
fecit: sed isti mentiuntur: qr de⁹ nõ est cã
effectiua peccati: vľ retorquẽt ĩ fatũ dicẽ
tes. Fatũ me peccare fecit: qr fatũ nõ est
est causa peccãdi: vnde Aug. v. de ci. dei
Si quis vtutez vel potestatẽ dei fati no
mine appellat sniam teneat: linguã corri
gat. hec ille. Uel retorquẽt in diabolum:
hoiem mulierem: ↄstellationẽ vel ↄple/
xionem: ⁊ huiusmodi. ⁊ isti multi fallunt
qr oia hec ⁊ si alliciant ad peccatũ nõ tñ
necessitat: ⁊ iõ qui vult bene cõfiteri nõ
accuset aliũ sicut fecit Adã accusãs vxo
rem ⁊ vxor serpentem Gen. iij. sed sicut
isti qui se excusauerunt veniã non inue/
nerunt: ita penitentes qui peccata aliẽis
imponunt remissionem minime ꝑcipi/
unt. sed accuset seipm̃ dĩ. illud ps. Sana
aiaz meã qr peccaui tibi. Et illud. ij. reg.
xxiij. Ego sum qui peccaui: ego inique
egi. Confirmat oia ista Aug. in li. de ve
ra ⁊ falsa penitẽtia dĩ. Ne velit hõ se ex
cusare ne augeat crimen vt Adam cui ñ
sufficiebat peccare: sed suum ampliabat
crimẽ culpando vxorẽ: ⁊ culpam trãsfe/
rens in auctorem. Istõ peccatũ incurrit
multotiẽs: sed neglectũ ignorat. Nõ ita/
q̧ peccatores dicamus vel peccantes: ñ
aliud potui cũ me constitui furẽ: qr deus
fecit me pauperem nec mir̃ si dedit⁹ suz
fornicationi qr talis creatus sũ nãe ⁊ fra
gilitatẽ fragilitas enim mea multa cogit
me committ᷑ ⁊ re crimina talia errat enim
qui sic fallitur. Nã enim talis est vt pos/
sit quisq̧ resistere malo cui se subijcit ex
arbitrio. Sunt enim qui se defendũt cul
pam in dei prouidentia reputantes: dei
ordinationi ⁊ necessitati quod relictum
ẽ voluntati ⁊ arbitrij libertati. Sciuit. n.
deus quid facturus eẽt qui perpetrat sed
non ordinauit peccatum qui nullum re/
linquit impunitum. Hec ille. Et in lib. l.
omel'. omel'. xij. Multi sic ↄfessionẽ pec
cati fugiunt vt ipsum sathan accusent se
autem nihil mali fecisse dicant. Et cũ ca
stigãtur aliqui ⁊ dicitur eis qualiter hoc
fecistis. R. quia diabolus hoc fecit. Non
est enim vnde plus gaudeat dyabol⁹ ni/
si quando homo dicit: diabolus hoc fe/
cit vt peccarez: quando enim dicit: dya/
bolus hoc fecit non se accusat ⁊ dũz pec/
cata sua dissimulat confiteri indulgentiã
nõ meretur accipere. R. ergo ⁊ dicit: dya
bolus hoc fecit: quasi traxerit eum dya/
bolus aut violentiam fecerit. Suadere
enim ⁊ sollicitare potest: cogere omnino
nõ potest. Hec ille. Nolite igitur pecca/
tores excusare vos in cõfessione: sed po
tius accusare qui potius voluistis obtẽ/
perare dyabolo ad luxuriam ⁊ auaritiaz
necnon ad superbiam ⁊ alia peccata in/
uitanti ⁊ ad eternam damnationem tra/
henti q̃ obedire deo salubria ⁊ ad eter/
nam patriam inducentia precipienti: vt
in ipsa feliciter gloriemur. Amen.

¶ Feria quinta post tertiam dominicaz
in quadragesima de confessionis nuda/
datione fortificatione ⁊ verecundatiõe.
Sermo. lxiij.

Xibant autez demo
nia a multis. Scribunt
e hec verba Luce. iiij.
In isto sacro euange/
lio fratres charissimi
ponuntur tria sacramẽ
tum confessionis mystice designantia.
¶ Primuz est sanatio socrus Simõis
Nam dicit textus q̧ surgens Jesus de
sinagoga

synagoga intrauit in domū Simōis:so
crus autē Simonis tenebatur magnis
febribus: ꝛ rogauerūt illū ꝓ ea: ꝛ stās su
per eam impauit febri.l3.n.ſm Nico.d
lira ꝟtute nature febris possit curari:nō
tn̄ in instanti. Jesus aūt sanauit illā su
bito: iō sequit. Et dimisit illam scilicet fe
bris: ꝛ cōtinuo ꝯsurgens ministrabat illis
Ex q̄ ondit ꝙ ista curatio fuit miraculosa
ad discipulorum cōfirmationē. Jta stans
sacerdos sup aiaz peccatricē ꝛ pn̄itētē i
cōfessione pctā sua aperiētē: impat febri
idest pctō: ꝛ ꝯtinuo ꝟtute clauiū absol
uitur ꝛ liberat. ¶ Secūdū est de sana
tione aliorum infirmorum: vn̄ sequit. Cū sol
aūt occidisset oēs qui hēbāt infirmos va
riis languorib⁹: ducebāt illos ad eū. At
ille singulis man⁹ imponēs curabat eos
Jta ꝛ sacerdos p man⁹ impositionem sa
nat oēs lāgores pcōrum ꝯfitētiū. ¶ Po
stremū ꝛ vltimū est verbū ꝓpositū di.
Exibāt aūt demonia a multis: qꝛ.s.p cō
fessionē recedūt demonia ꝛ pctā. De qua
cōfessione vltra pdicta in pn̄ti sermone
tria vtiqꝫ ānotant. Primū dicitur ꝯfes
sionis nudatio. Secūdū dr cōfessionis
verecūdatio. Tertiū dicitur ꝯfessiōis for
tificatio.

¶ Pars prima vbi declaratur ꝙ con
fessio debet fieri cum nudatione.

Primo igitur in isto sermone di
co ꝙ ꝯfessio dꝫ esse nuda.i.ꝟbis
nō inuolutis sed claris ꝛ apertis fa
cta: ita ꝙ cōfessor intelligat qd cōfitens
dicit ptinēs ad necessitatem ꝯfessiōis: qꝛ
seipm infirm⁹ deciperet q medico coopertū
vuln⁹ ondēret. ꝛ iō dꝫ eē nuda q̄tuꝫ ad
tria. Primo q̄tū ad singularē pticulari
tatem. Scdō q̄tū ad gnālē vniuersalita
tem. Tertio q̄tū ad ꝓpriam ꝟbositatē.
¶ Primo dico ꝙ ꝯfessio dꝫ eē nuda q̄
tum ad singularem pticularitatē. nō.n.
sufficit in gnāli ꝯfiteri pctā sua dicendo
sicut dicit Augu. in psona ei⁹ q hoc facit
Ego peccator ingī dn̄e sacerdos peccaui
piurando. adulterādo: fornicādo: hoiēs
occidēdo: sacrilegiū cōmittēdo: furādo:
rapiēdo: hec oia cōmisi ope vel volūta
te. Cōfitentur q̄ nō fecerunt interponen
tes: reuelata velantes. Et ꝙ hoc nō suffi
ciat sed necesse sit sigillatī ꝛ pticulatī pe
nitentē cōfiteri pctā de qb⁹ recordatur.
Probat ſm Alex. vbi.s. ꝛ btm̄ Tho. in
iiij. dist. xxi. i expositione littere tribus ra
tionibus. ¶ Prima ē ex pte cōfitentis
qꝛ sicut ex auersione a deo culpa ꝯmittit
sic ex conuersione ad deum cū contritio
ne ꝛ obligatione ad penā culpa remittit:
dolor.n. cōtritionis dꝫ eē ex sepatione a
deo: pena ꝟo q̄ satisfacit dꝫ rn̄dere dele
ctationi quā i ꝯuersiōe ad creaturaꝫ hn̄it
ꝛ qꝛ ista conuersio trahit pctm̄ in spēm:
iō cōfessio que fit rōne pene iniūgende
debet fieri in spāli. ¶ Secūda rō est ex
pte sacerdotis: qꝛ ipse nō pōt taxare q̄ti
tatē pene nisi sibi innotuerit p confessio
nem q̄titas culpe: q̄titas aūt culpe nō
pōt innotescere: nisi fiat ꝯfessio pticulari
ter de singulis peccatis. ¶ Tertia rō est
ex pte status: nūc enim sum⁹ in lumine
grē: ꝛ iō sicut in lumine nihil absondit
sic nec in cōfessione dꝫ aliqd occultari:
occultaret aūt si ꝯfessio fieret tm̄ in gene
rali. Qd̄ si ꝯ dicatur sic. Cōtritio nō oꝫ
ꝙ fit sigillatim de oībus: qꝛ sicut contin
git cogitantē se offendisse conteri in ge
nerali: ꝛ illa ꝯtritione pctm̄ deleri: ita vr
ꝙ contingente casu ꝙ aliqs ꝯfiteat pec
cata in generali ꝓpm illa confessione ab
solui a reatu. Ad h̄ ait Alex. ꝙ ꝯtritio re
fertur ad deū ꝓprie loquēdo qui oia no
uit specialissime: cōfessio aūt refert homi
ni q debet iniūgere pn̄iam ſm exigētiaꝫ
demeritorum: qd̄ facere nō pōt nisi fiat si
bi discreta ꝛ pticularis ꝯfessio. Uel pōt di
ci ꝛ breui⁹ ꝙ ēt opꝫ de oi pctō qd̄ me
morie occurrit singulariter cōteri: vt pa
tet.s. de contritiōe. Hoc idē ꝓbat aucto
ritatibus ꝓphe. Bernar. ꝛ Mgri. Pro
pheta ait. Lauabo p sin.no.le.me.i.mū
dabo conscientiam meā: p sin.no.i.per
singula pctā ſm glo. Ber. ait sup Cant.
Omne qd̄ remordet ꝯsciaꝫ cōfitere hu
militer pure ꝛ fideliter: ꝛ nota ꝙ dicit oē
ad designādū ꝙ q oē dicit nihil excludit
Mgr in.iiij. dist. xxi. c. post h̄ ait. Oia

crimina semel saltē in confessione opor
tet exꝓmi: nisi aliq̄ a mēte exciderent q̄
debet gnāliter ↄfiteri ⁊ sacerdotibꝰ ⁊ deo
vt dicas delicta mea a te nō sunt abscō
dita.q.d.deꝰ qui nosti abscondita cordis
⁊ opa mea ⁊ delicta mea a te nō sunt ab
scondita: quibꝰ veniā largiaris: vbi insi
nuat q̄ gnālis ↄfessio non solū venialia
sed ēt mortalia delet: quorū intelligentia
vel memoria nō habet: q̄si velit dicere
Magister: q̄ gnālis cōfessio nō sufficit
de his que memorie occurrūt: sꝫ ꝑticula
ris requirit. Nō si ↄ̄ hoc arguat ēt ꝑ au
ctoritatem scripture. Luc.xviij. Deꝰ pro
pitius esto mihi peccatori. ⁊ sequit: descē
dit iustificatus ab illo. Cū hic igit n̄ exp
matur pctm̄ nisi in gnāli: vr̄ q̄ sufficiat
pctā cōfiteri in gnāli dicēdo: multū pec
caui ꝑ incōtinētiā. ⁊ sic de alijs. Ad hoc
dit Alex. q̄ secꝰ ē de ↄfessiōe facta deo ⁊
facta hoi. In ↄfessiōe.n.q̄ fit deo: hō iu
stificat a culpa ad quā iustificationē suffi
cit cōtritio ⁊ cōfessio gnālis. In cōfessio
ne vō facta hōi iustificat a pena: ad quā
iustificationē ē necessaria cōfessio ꝑticu
laris rōnibꝰ ꝑdictis. Postremo h̄ idē
ꝓbat exēplo ipsius Hiero. di. Nō sanat
oculū nō sanat calcaneū: ergo qd̄ sanat
supbiā nō sanat auaritiā: ⁊ iō sicut medi
cinis ꝑticularibꝰ sanāde sunt ifirmitates
ꝑticulares. Ut pꝫ in corꝑalibꝰ ita ifirmita
tes ꝑticulares spūales ꝑticularibꝰ medi
cinis. cū igit ↄfessio sit q̄dā medicina nō
ē adhibēda morbo gnāli sꝫ ꝑticulari: Et
iō morbi sanādi sunt ꝑticulariter cōfitē
di. Nā actꝰ ⁊ opatiōes sunt circa singl'a
ij. ethi. Nō si ↄ̄dicat exēplo: q: sicut suffi
cit ꝓ plibꝰ pctis vna satisfactio gnālis:
ita vr̄ q̄ sufficere debeat ↄfessio in gnāli
facta maxie cū nō fiat nisi ꝑꝑ satisfactio
nē. Ad h̄ ait Alex. q̄ nō ē sile de satisfa
ctione ⁊ ↄfessione: q: sanatio respicit pec
cati q̄titatē: ↄfessio vō pcti genꝰ vl' spēm
⁊ iō q: in q̄titate nō distinguit pctm̄ eo
q̄ q̄titas attendit penes libidinē q̄ vna
est sm̄ se ⁊ indistincta: spēs vō respicit
mām pene q̄ hꝫ distingui: ꝓpterea in cō
fessione oꝫ distincte pctā reuelari. In sa
tisfactione vō nō oꝫ huiꝰ distinctionem
fieri: q̄uis de cōgruo sm̄ diuersas spēs
pctōꝝ diuerse deberēt satisfactionis spēs
ēt iniūgi: ⁊ sic pꝫ ꝓpositū. ¶ Secundo
dico q̄ confessio dꝫ esse nuda q̄tum ad
vniuersalē gnālitatē. Nō enim licet diui
dere cōfessionē dicēdo ptē vni ⁊ ptē alte
ri q̄ ꝓbat Alex. vbi.s̄. tribꝰ rōnibꝰ. Una
est ex pte cōfitentis: q: in hoc q̄dāmodo
se iustificaret cū minꝰ se pctōrem osnde
ret q̄ eēt sicut in diuidēdo ↄfessionem: ⁊
sic hypocrita appareret. Nō si ↄ̄ istā rō
nē arguit sic. Cōfessio ē necessaria peni
tenti: vt pnia sufficiēs sibi taxet sm̄ arbi
triū sacerdotis: sꝫ a diuersis sacerdotibꝰ pt
imponi sufficiēs pnia de diuersis pctis:
ergo ⁊c. Dicēdū est ad hoc q̄ pnia a di
uersis sacerdotibꝰ iposita nō eēt sufficiēs
sicut ab vno sacerdote iposita: q: qlibet sa
cerdos cōsideraret tm̄ vnū pctm̄ per se
⁊ nō grauitatē eiꝰ quā hꝫ ex adiūctiōe al
teriꝰ pcti: ⁊ q̄nq̄ pena q̄ ↄ̄ vnū peccatū
debet esset ꝓmotiua alteriꝰ pcti: ergo ⁊c.
Nam sicut in medicina corꝑali oportet
q̄ medicus non solū vnū morbū ↄ̄ quē
debet dare medicinā agnoscat: sed ⁊ ali
os: ne dādo calida ꝓ vno alibi inflāmet
⁊c. ¶ Scda rō ē ex pte cōfessoris: q: ali
ter n̄ posset maiorē penā tpalē cōuenien
ter cōmutare in minorē: cū non intēdat
sacerdos partem pene tpalis mutare sꝫ
licet in minorē sed potiꝰ totā sicut deꝰ to
tam eternam mutauit in tpalem: ⁊ iō sic
diuidens confessionē decipit cōfessorē.
Nō si cōtra hoc arguat sic. Confessio n̄
debet fieri sacerdoti de pctis nisi propter
absolutionē: sed quādoq; sacerdos q cō
fessionē audit: pōt de quibusdā pctis ab
soluere nō de oibꝰ: ergo ad minꝰ in tali
casu oportet q̄ confessio non sit integra
sed diuisa. Ad hoc respondeo: q̄ aliquis
pōt confessionē diuidere ꝑꝑ duo. Prio
cū dicit qs pctā minora vni sacerdoti ⁊
⁊ maiora alteri: vt minor appeat sua ma
licia. ⁊ hoc malū ē ⁊ peruersum ⁊ hypo
crisie peccatum. Secundo cum quis di
uidit confessionem duobus.s. sacerdo
ti ꝑochiali ⁊ supiori: eo q̄ n̄ pt absolui a
sacerdote

sacerdote: ꝛ hoc est bonum: q2 talis mo netur ex bona ꝛ ordinata intentione qua hoc modo intendit prouidere saluti anime sue. Unde dato ꝙ etiaȝ sacerdos par rochialis non possit eum de omnib9 absoluere: tenetur tamen sibi omnia confiteri vt quantitateȝ post culpe cognoscat: ꝛ de quibus non potest eum absoluere ad superiorem eum remittat nec talis dicitur confessionē diuidere siue dimidiare: cum de conscientia vnius ꝛ consilio alterius confiteatur. ¶ Tertia ratio est ex parte peccatorum: q2 s̄m Ber. sermo ne. xv. Confessio inducit vitam anime: sed vita non potest suscipi nisi mors totaliter tollatur ꝛ expellatur: mors nō potest expelli nisi peccata tollantur: ergo oȝ ꝙ confessio fiat de omnibus simul. Nō si contradicatur sic: potest contingere ꝙ post confessionem factam ꝛ satisfactionē perfectam recordetur quis alicuius peccati mortalis quod quando cōfitebatur ī memoria ñ habuit: ꝛ tunc qñ memor fuit copiam sacerdotis cui prius confessus fuerat habere non potuit: ergo diuersis peccata diuersis sacerdotibus confitebit. Ad hoc dico ꝙ quando quis recordatur eorum que oblitus fuit non est necesse iterum alia peccata que prius cōfessus fuerat confiteri siue eidem sacerdoti siue alteri vt quidaȝ dicūt: sed sufficit ꝙ hoc peccatuȝ cuius confitens oblit9 fuerat explicite dicat ꝛ in speciali: ꝛ ꝙ cum alia peccata multa confiteretur hoc oblitus est: nec hoc est diuidere confessioneȝ predicto modo. Confiteatur ergo penitens omnia simul vni sacerdoti ne careat fructu confessionis ꝛ merito: q2 Ber. ait. Confessionem diuisā ꝛ fructu me confessionis priuari. Confirmat hec omnia Augu. de pe. di. v. c. consideret di. Caueus sit penitens ne verecūdia ductus diuidat apud se confessionem: vt diuersa diuersis sacerdotibus velit manifestare: quedam vni taceat que alteri manifestanda conseruet: quod est se laudare ꝛ ad hypocrisim tendere: ꝛ semper venia carere ad quam frustra putatur perueni

re. Hec ille. ꝛ sic patet propositū. ¶ Tertio dico ꝙ confessio debet esse nuda q̄tum ad propriam verbositatem: nō enī sufficit illis qui lingua prediti sunt: loquelam ꝛ presentiam sacerdotis habent confiteri per signa: nuncium: vel scriptū. Quod probatur per Alexandrū de ales vbi. s. ꝛ beatum Tho. primo quoli. q. x. tribus rationibus. ¶ Primo propter erubescentiam: erubescentia enī seu verecundia de manifestatiōe peccati ē valde necessaria penitenti: eo ꝙ magnam partem remissionis habet: ꝛ quia peccator magis erubescit ꝯfiteri verbo q̄ scripto ꝛ propria voce q̄ interpretatiō oportet ꝙ propter verecundiam ampliorem de peccato ore confiteatur. ¶ Secundo propter euidentiam: cuȝ enim confessio sit manifestatio peccatorum comunius ꝛ expressius homines consueuerunt manifestare conceptus suos vtendo verbis q̄ signis. Manifestatio eniȝ eius quod latet in corde: profecto non ita potest fieri scripto sicut verbo. ¶ Tertio propter conuenientiam. Nam conueniētius est ꝙ peccator si potest ore confiteatur: hoc ex duobus. ¶ Primo ex parte sacerdotis absoluentis quia oportet ꝙ ipse absoluat sub aliqua forma verborum. Absolutio autem debet fieri presenti ꝛ non absenti: non enim potest fieri per nunciuȝ vel scriptum: sed per proprium verbum sub certa forma. ¶ Secundo ex pte peccatoris ꝯfitentis: quia oportet ꝙ ipse clauibus ecclesie se subijciat per confessionem manifestās ore peccata sua. Confirmat omnia ista Augustinus libro de penitentia. de pe. dist. i. c. quem penitet di. Precepit. n. dñs mūdatis vt ostenderēt ora sacerdotibus docens corporali presentia confitenda peccata: non per nunctium nec per scriptum manifestanda. dixit enim ꝛ ora monstrate: ꝛ omnes: n on vnus pro omnibus: non alium statuatis nuncium qui pro vobis offerat munus a Moyse statutuȝ: sed qui p vos peccastis. p vos erubescatis: erubescētia. n. ptē hȝ remissiōis. h ille. Et sic pȝ pars pn̄a.

¶ Pars secunda vbi declaratur ꝙ cōfessio debet fieri cum verecundatione.

Secundo aduertēdū est sicut ex pdictis patere pōt ꝙ verecūde ⁊ cum erubescentia debēt peccata cōfiteri. Naʒ sicut inuerecūde deū offendimꝰ: ita per verecūdiam ei satisfaciamus. Patet hoc ex supra memorato dicto Augusti. sed melius in eodē. c. ipse ad hoc idē ait. Justitia enim sola dānat sed dignꝰ est misericordia qui specialē laborē querit grām: laborat eniʒ mens patiendo erubescētiā: ⁊ qm̄ verecūdia magna est pena qui erubescit p xp̄o fit dignus misericordia. Vn̄ pʒ ꝙ q̄to pluribus ꝯfitebit in spe venie turpitudinē criminis tanto facilius cōsequitur veniam aut gratiam remissionis. Hec ille. Ex q̄ dicto dicit Alex. ꝙ bonū est confiteri eadē peccata pluribus sacerdotibus: tū q: quod non videt vnꝰ videt alius: tū: quia plures orant pro penitēte. tum quia plures erubescentie minuūt culpā. Hec aūt verecūdia debet eē de peccatis ⁊ nō de cōfessione. Ecōtrario vō multi ⁊ multe faciūt qui frontosi ⁊ inuerecundi sunt ad peccandū: ⁊ effrōtes ⁊ muti diabolica deceptione ad ꝯfitendū: ⁊ ppterea rē agūt stultam ⁊ dānosam: qđ patet. v. rationibus. ¶ Prima est: q: ipsi nō verecūdātur de peccato sed d̄ v̄tute. i. de ꝯfessione que virtꝰ saluti est oīo necessaria. Unde Aug. in pdicto. c. quē penitet ait. Ex misericordia eniʒ pcepit hoc dn̄s vt neminem peniteret in occulto. In hoc eniʒ ꝙ p seipm̄ dicit sacerdoti: ⁊ erubescētia vincitur ⁊ timore offensi venia fit criminis. Secunda rō est q: ipsi nō verecūdātur de eo qđ dn̄s abhoīatur. s. de peccato: deꝰ enim abhominatur pctā etiam soliꝰ cogitatiōis: iuxta illđ Pro. xv. Abhoīatio dn̄i cogitatiōes male ⁊ verecūdant d̄ eo qđ est deo gratuʒ. s. de ꝯfessione q̄ est deo grata sicut dulcisonꝰ cantꝰ: iux illud Esa. xxiij. Sume citharā ⁊ circuꝯ ciuitateʒ frequēta cātū vt memoria fit tui. Citara ⁊ cātus est confessio q̄ ducit animaʒ peccatricē in dei memoriā. s. in eiꝰ grām.

¶ Tertia rō est q: nō verecūdantur sordidari sorde peccati q̄ excedit oēs immundicias ⁊ fetores. ppter qđ illā deꝰ abhoīatur. Unde Esa. i. Auferte malū cogitationū vrarum ab oculis meis ⁊ verecūdantur ab hmōi sorde mūdari. qđ fit p pniaʒ ⁊ confessionē. Vn̄ Esa. i. dicit dn̄s Lauamini mūdi estote. ¶ Quarta rō est q: nō verecūdant de re ꝯfūdibili. i. de pctō: iux illđ ps. Cōfūdant oēs iniq agentes. verecūdant de re honorabili. i. de ꝯfessione: iuxta illđ Jo. xij. Si qs mihi ministrauerit. s. cōfessione pcedente: honorificabit eum pater meꝰ. ¶ Quinta rō est: q: nō verecundant de re summe dānositatis. s. de peccato quod priuat eterna btitudine ⁊ ad eternam ducit dānationē. de pe. di. v. c. fratres ⁊ verecundant de re summe vtilitatis. s. confessiōe que a morte liberat ⁊ aperit paradisum. de pe. di. c. ecce. Debet igitur esse verecūdia de pctō nō de cōfessione: qđ ēt meliꝰ explicabitur in parte sequenti. Et sic patet secunda pars.

¶ Pars tertia huius sermonis vbi ponitur alia ꝯfessionis ꝯditio q̄ dicitur fortificatio.

Tertio q: dictū est in pcedenti parte ꝙ verecūdia dʒ eē de pctō nō de ꝯfessione: cuiꝰ ꝯrtū innititur diabolus psuadere: maxie supbis: hypocritis: ⁊ mulieribꝰ an̄ ipsoꝝ oculos tēdēs pudorē cōfessionis. vt igitur tales fortes sint ad confitēdū nec verecundia teneātur: tria remedia adhibent. ¶ Primuʒ remediū est nālē. Nā eniʒ dictat ꝙ sicut hō n̄ erubuit peccare: silr nō erubescat pctā manifestare. Vn̄ Ber. ait. O nimia insania hoīum: pudet ablui ⁊ nō pudet inquinari: pudet sordes abstergere ⁊ nō pudet cōtrahere: abstergitur caliga ⁊ dimittitur aīa. Et Aug. in li. de vera ⁊ falsa opinione. xx. c. Nō te pudeat coraʒ vno dicere qđ nō te puduit forsitan corā multis facere. Nā hūanum est peccare xp̄ianum a peccato desistere: ⁊ diabolicū pseuerare. Hec ibi. ¶ Scđm remediū est rōnale. Rō. n. dictat vt maiꝰ malū euitet

verecūdiā̄q₃ arctiorē effugiat. Cū igitur
mai⁹ malū sit ꝑpetuo in inferno dānari
q̄ hic tpaliter q̄si ꝑ vnā morulā paruā₃
verecūdiā sustinere: ⁊ maior verecūdia
sit vt pctō̄ oib⁹ manifestet in die iudicij
q̄ si demōstret vni: ꝓcipue cū illi dicat
vt vicario xp̄i: ergo ex ista pn̄ti vecūdia
penitēs pctm̄ celare nō d₃ vt eternalē cō
fusionē quā ex hoc meret euitet. Nā ex
opposito facienti deus minat per ꝓphā₃
Nau₃. iij. di. Reuelabo ingi pudēda tua
in facie tua: ⁊ onīda₃ in gentib⁹ nuditate₃
tuam: ⁊ regnis ignominiam tuā ⁊ ꝓijciā
super te abhoīationē ⁊ cōtumelijs te affi
ciam. Et iō Hiere. xx. Cōfundent vehe
menter qui nō intellexerūt opprobrium
sempiternū qd̄ nūq̄ delebit. Hinc Ecc.
iiij. Nō cōfundaris ꝓ aīa tua dicere ve
rum. ¶ Sed aduertēdū illō qd̄ in eo. c.
dr. Est cōfusio adducēs pctm̄: ⁊ est con
fusio adducēs grām ⁊ glīam: sed bona
est ꝯfusio q̄ honeste facit pctā confiteri:
ꝯfusio v̄o mala q̄ penitētē retinet ne pec
cata debite ꝯfiteat: ꝯ quā dr̄ ꝓdictu₃ ver
bū. Nō ꝯfundaris ⁊c. Aderit n. s₃ Hie
ro. ad Palmachium. Dies illa. s. iudicij
aderit in qua facta nostra q̄si in q̄da₃ ta
bula depicta monstranda sunt. Et Aug.
in tracta. de visitatione infirmi: s̄mone.
ij. Heu cur erubescis qd̄ nūq̄ facer̄ eru
buisti: lauti⁹ est corā vno aliquātulu₃ ru
boris q̄ in die iudicij corā tot milib⁹ ho
minu₃ grauī repulsa notatū erubescere.
Confessione₃ ꝓpala qm̄ ita tibi remittet
iniquitas tua. Et vbi quoꝝ re. sunt iniq.
⁊ quoꝝ tec. sunt pctā: vbi quoq₃ confessio
pcti est dānatio. penitētia v̄o cōfessione₃
parit vtilē. Hec ibi. ¶ Tertiū remediu₃
dr̄ ꝯscientiale. Nā sepi⁹ conscīa stimulat
vt citi⁹ penitens pctā sua cōfessori osten
dat: que sibi nō dr̄ vt hoī s₃ vt vicario
xp̄i: ⁊ iō pctā nō māifestant sibi: sed filio
dei: cui oīo nihil pōt celari. Vn̄ aplš ad
Hebre. iiij. Oīa nuda ⁊ apta sunt oculis
eius. Istis igit̄ trib⁹ remedijs aīa fortifi
cata nō erubescat de cōfessione: s₃ tm̄ de
pctō ⁊ dei offensione vt dictū est. s. que
remedia nō recepit mōialis quedā que
longo tpe optime vixerat: post ei⁹ mortē
abbatisse ceterisq₃ sororib⁹ apparens se
esse dānatam magnis eiulatis affirmauit
coram oibus: ⁊ cū damnationis sue cām
ille diligenter ab ea ꝑquirerent: dixit: q̄a
in ordine quodā crimen luxurie fecerat
qd̄ ex verecūdia semper in confessiōe ce
lauerat sperans eius remissionem habe
re: q̄r ꝑ seipam nō modicā pniā₃ statuit
sustinere. Cauēdū ē tn̄ ne ꝑ hoc penitēs
pctā sua sine honestate ⁊ verecūdia cōfi
teri pretermittat. ꝓpter qd̄ dicebat Da
uid. Verecūdia mea ꝯ me ē semꝑ: ⁊ cō
fusio faciei mee cooperuit me. Nō erube
scamus ergo cōfiteri scelera nr̄a vt i die
iudicij ab eterno iudice coronemur in se
culorum secula. Amen.

¶ Feria sexta post tertiam dominicam in quadragesima: de conditione quā debet habere confessor vt possit audire cōfessiones.

Sermo. lxiiij.

Lius est qui semi
natali⁹ qui
metit. Scribūt hec ver
ba Joh. iiij. Postq̄ a
btō euangelista Joāne
fratres charissimi descri
pta est in euangelio oc
currenti xp̄i lassitudo ⁊ conuersio sama
ritane: vt patet intuenti v̄s q₃ ibi. Exierūt
de ciuitate ⁊ veniebāt ad eū. cōsequēter
ponit informationē discipuloꝝ ad ꝓdicā
dum: ꝓmo oñdens q̄ hō debet eē ma
gis sollicitus d̄ spūali salute sui proximi
q̄ de necessitate corporali. Nā rogabāt
eum discipuli ei⁹. Rabi mādūca. Ille āt
dixit eis: loquens de cibo spūali. s. de cō
uersione samaritane ⁊ samaritanoꝝ per
ipsam. Ego cibū habeo mādūcare que₃
vos nescitis. q. d. alius cibus plus me de
lectat. Dixerūt ergo discipuli ad inuicem
Nunqd aliquis attulit ei manducare. s.
intelligentes de cibo corporali: ⁊ ideo
xp̄s exposuit di. Me⁹ cibus est vt facia₃
voluntatem eius qui misit me: vt perfi
cia₃ op⁹ ei⁹ in gentiliū conuersione: ⁊ q̄
instet tp̄s hoc faciendi oñdit. di. Nōne

vos dicitis q adhuc quattuor menses sunt
q.d.licet tēpus messis corporalis adhuc
distet tamen tempus messis spiritualis
iaz venit. Unde sequit. Ecce dico vobis
leuate oculos vestros et videte regiões
qr iam albe sunt ad messem. Quod dice
bat ꝓpter samaritanos venientes ad ip
sum iam dispositos ad credendū. Dein/
de inducit eos ad predicanduz respectu
remunerationis di. Et qui metit merce/
dem accipit et congregat fructum in vitā
eternaz vt et qui seminat simul gaudeat
et qui metit.s.ꝓphe et discipli. Unde et se
quitur. In hoc enim ē vbū vez.i.puer
biū cōe hz locū in ꝓposito qd.s.est ver/
bum nr̄m assūptū: qr ali⁹ ē qui seminat
et alius est qui metit. Qd ēt facit ad ꝓpo
sitū nostrum de ꝯfessione: qr alius ē qui
seminat.s.predicator: et ali⁹ est qui metit
scilicet cōfessor: de quo in pn̄ti sermone
sciendum est q qui vult bene cōfiteri de
bet eligere cōfessorē hn̄tem auctoritatez
de qua in sermonario de articulis fidei i
illo articulo: Remissionem pctōꝝ: cōce
dente deo dicemus tres alias cōditiões
Primo aie satisfactionem. Secūdo in/
telligentie illūinationem. Tertio pruden
tie discretionem siue discussionem.

¶ Parōpma vbi declaratur q confes
sor dz eē bōe ꝯscie et sācte et hōeste vite.

P Rimo igitur in isto sermone di/
co q ad hoc q penitēs inueniat
grām in cōspectu dei: debet que
rere cōfessorē bonū ꝟtuosum: et cōscien
tie secuꝝ: qr q̄uis sacerdos exn̄s in pec
cato mortali dūmodo non sit suspensus
notorie possit cōferre sacramenta. Cui⁹
ratio est: qr imunditia sacerdotū nō po/
luit sacramēnta.i.q.i.in.d.c.dictum est.
et in.c. dominus: vbi df. Dn̄s declarauit
in vno cetu hoium eadē sacra sumētiuz
non obesse mundis aliquoꝝ imundiciā
Hec ibi. attamē necesse est ad hoc vt pe
nitens a cōfessione recedat bn̄ purgat⁹:
mūdat⁹: et instruct⁹ q inueniat cōfessorē
cō scientia preditū: vita ꝓbatū: sanctitate
ornatum: qd ꝓbo tripliciter. Rōne. Au
ctoritate: et Exēplo. ¶ Primo rōne sic:
Ille debet esse bone: deuote: et hōeste vi
te cui⁹ ministerio iustificant impij: recō/
ciliantur rei: purgant infirmi: ceci.i.atqꝫ
leprosi: atqꝫ resuscitātur mortui: sz tales
sunt sacerdotes curā aiaruz hn̄tes: ergo
debent esse bone et honeste vite. Un̄ Au
gu.sup ps.xxvi.sermone.ij.ait. Talē esse
oportet dn̄i sacerdotez: vt qd pplus ꝑ se
apud deū non valet: ipse pro nobis me
reatur qd poposcerit ipetrare: qr scriptū
est. Si peccauerit populus orabit ꝑ eo
sacerdos: si aūt sacerdos peccauerit: qs
orabit ꝑ eo.q.d.nemo. Hec ille. Prete/
rea ille debet eē bone et honeste vite qui
vicē xp̄i gerit i terris: qui arbiter ē et me
dius extitit inter pctōrem et deum: sed ta
lis ē sacerdos qui qcq̄d in foro pn̄ie pro
nunciat claue non errante: de⁹ ipse in ce/
lesti ꝯsistorio auctoritate sua confirmat
dicente dn̄o. Math.xvi. Quodcunqꝫ li
gaueris etc. ergo debet esse bone et hone
ste vite. Un̄ Augu.ait in li.qōnum no.et
ve.te.q.xlvi. Aliud ē bene viuere: et aliō
est prātem alicui⁹ officij accipere. Sicut
enim qui sacerdos est non ex eo vitā cō
mendataz putare debet: ita qui et sancte
conuersationis et vite est nō etiā ex eo sa
cerdotiuz sibi vendicare debebit: q̄uis
bonū sit sacerdotium: tn̄ malū erit ei cui
concessum non est et presumit. Hec ille.
Ex quo videtur q non sufficit esse sacer
dotem sed necesse est esse bonum. Pre
terea sacerdos in confessione debet aias
instruere docere: arguere: ita et a pctō re
uocare: sed malus et in peccatis inuolut⁹
quomodo ista facere poterit iuxta illō Ec
clesiastici.xiiij. Qui sibi neqꝫ est: cui alij
bonus erit? de anima sua modicum cu/
rans de alieno multo minus curabit. Ex
quo fiet q male dispositus accedens ad
confessionem multo minus bene dispo/
situs a confessione recedet imo quod pe
ius est aliquando penitens ad talē malū
confessorem accedens cum decem pec/
catis mortalibus vtinaz non reuertatur
cum .xv. Amplius quomodo audebit
alium arguere de crimine de q̄ ipse con/
scius est: cū dicat Hiero. in transitu suo.
Quomodo

peccaret cōtra naturā ⁊ hmōi. Et sic di
cēdū est in peccatis matrimonij. ¶ Ter
tia circūstantia est loc⁹. Nā si peccatū fit
in loco sacro vel ad cultū diuī deputato
inducit aliā spēm pcti: quod dr̄ sacrilegi
um: sicut notat glo. in dicto. c. i. de pe. di.
v. vnde hoc casu nō solū confitendum
ē pctm̄ factū. ſʒ ēt vbi fit gestū. ¶ Quar
ta circūstantia est tp̄s. Nā qñ pctm̄ mor
tale fit in festo ꝑcepto inducit aliā speciē
peccati: videlicet transgressionem ter/
tij precepti decalogij. Ut dicit Nichola.
de lira. super. xx. c. Exodi. Et tanto gra/
uior est transgressio quāto festū est solē/

nius. Et idē est qn̄ fuisset cōmissum tpe
ieiunij precepti: qꝛ mortale peccatū rūpit
ieiuniū de ↄse.di.v.c.nihil ꝓdest. ¶ Se
cunda est numerꝰ: nā quotiēs quis pec
cauit tot diuersa pctā cōmisit: vn̄ est cō
fitendū quotiēs quis pctm̄ cōmisit: ⁊ si
nō recordat dꝫ dolere ⁊ cōfiteri q̄ ex ꝓ
pria culpa nō pōt recordari: ⁊ nihilomi
nus confiteri numerū quē esse verisimi
liter existimare pōt: ⁊ vel q̄to tempore
in pctō perseuerauerit: ⁊ q̄tū frequenter
solitꝰ erat peccare. verbi gr̄a si semel vl̄
plus in die aut hebdomada aut men
se. ¶ Sexta est qualitas pcti .i. si pecca
tū est publicū: hoc enī casu inducit aliaꝫ
spēm peccati videlicet scandaluꝫ proximi
vn̄ nō solū dꝫ confiteri si pctm̄ est publi
cū proximisꝫ in quo sit publicū: siue pau
cis siue multis: qꝛ tot suo malo exēplo
offendit: quot suū peccatū patuit: dꝫ enī
quis confiteri si cognoscit siue existimat
q̄ occasione sui mali exēpli sit quisq̄ ad
alicuiꝰ mali siue pcti perpetrationeꝫ ad
ductus. ¶ Septima est inductio. Naꝫ
qui cū aliquo peccauit ⁊ proximū ipsuꝫ
ad peccandū allexit vltra principale pec
catū homicidium spūale cōmisit multo
grauius corporali: vt dicit Augu. xxij. q.
v. c. ille qui: Et iō dꝫ confiteri q̄ induxit
seu inducere desiderauit seu q̄ peccandi
occasionē dedit. ¶ Octaua est accidēs
i. pctā q̄ qn̄q̄ icidēter occurrūt cū prin
pali. sepe. n. q̄s vt oget aliqd pctm̄ ↄmit
tit ⁊ alia ꝟbi gr̄a. Interponendo media
tores vel cōducendo socios. vt ei ad pec
catū auxilient: vel vt simul peccent: seu
vtendo adulationibꝰ vel mendacijs vt
ꝓximū ad peccandū ducat: vel vtendo
cātilenis seu verbis alijs inhonestis seu
diffamatorijs: vel proximū odiendo seu
ei iniuriando verbis aut factis: vel ꝓxi
mo materiā scandali p̄bendo ⁊ aliquan
do nocte ambulando vel arma gerēdo
seu alia huiusmodi faciendo: hec enim
oīa: qꝛ sunt peccata particularia ⁊ diuer
se speciei debent cuꝫ principali confiteri
in q̄tū quis potest recordari. Hec sūt cir
cūstantie in aliud genꝰ trahentes. ¶ Et

no. ſm Alex. q̄ hoc est preceptum affir
matiuū quare non obligatur quis semper
istas circunstantias confiteri: sꝫ ꝓ loco ⁊
tpe. s. qn̄ cognoscit eas seu per se seu per
inquisitionē alienā: vnde sapiens ⁊ intel
ligens dꝫ ⁊ tenet confiteri eas absq̄ inq
sitione: simplex tenet si ab eo inquirātur
¶ Circunstantias peccati aggrauātes
ſm Tho. ⁊ Bon. non est necesse confite
ri sed de bono ⁊ equo. ſm aūt Guil'. alci
sidacenseꝫ. Si circunstātie sūt notabilr
aggrauantes debent confiteri. Non enī
sufficit illi qui mille marchas rapuit di
cere: ego rapui aliena: qꝛ posset verifica
ri: si tm̄ duos solidos rapuisset: nec suffi
cit illi qui aliū gladio vulnerauit dicere p
cussi proximuꝫ multas quidē huiusmodi
circunstantias simul cū alijs supra posi
tis tangit Aug. in predicto. c. i. de pe. di.
v. que a doctoribus his tribus ꝟsibꝰ cō
cludunt: Aggrauat ordo: locus: psona:
scia: tempus. Etas: conditio: numerus:
mora: copia: cā. Est modus in culpa: sta
tus altus: lucta pusilla: que oīa sic intelli
gi possunt. Aggrauat ordo. s. subdiacōa
tus p̄sbyteratꝰ: ⁊ sic de alijs. scdo locus
s. sacer. Tertio psona. s. matrimonio co
pulata. Quarto scia. s. nō ignorāter factū
est. Quinto tempꝰ. s. sacruꝫ. Sexto etas.
Septimo ↄditio si videlicet nobilis fur
tum facit. Octauo. numerꝰ. i. quotiens
peccauit i luxuria: Nono mora. s. si ste
tit in peccato multo tpe: vt puta. xx. ānis
qꝛ hoc dicendo cōfitet simul. xl. peccata
mortalia que cōmisit in hoc tempe nō
obediendo preceptis scē matris ecclesie
circa confessionē ⁊ cōione. Decimo co
pia. i. q̄tū abstulit multū aut parū. Un
decimo cā. i. ex qua cā comedit in qua
dragesima carnes si propter gulā aut in
firmitatē. xij. modus. in culpa si manife
ste peccauit: aut in luxuria modū natu
ralē nō obseruauit. Decimotertio statꝰ
altus. s. si religiosus vel religiosa vel pre
latꝰ. Decimoquarto lucta pusilla: qꝛ par
ua tentatione stimulatꝰ vel nulla: sed il
la a seipso ⁊ ꝓpria iniquitate p̄uenit. Oīa
ista varietas ſm Augu. vbi. s. ↄfitenda
est ostendēda

est: ostendenda: ⁊ defenda: alioquin q
non fecerit plorabit in pena eterna: cui⁹
rei euidentia pꝫ per exemplū de illo fra-
tre or. mi. qui patrē ⁊ matrē ⁊ sororē fecit
venire ad habitandū iuxta locū fratruꝫ
minorū vt audirēt missas ⁊ officia ⁊ cō
fiterent peccata sua: quo recedēte p obe
dientiā ad aliū locū mortu⁹ est pater ⁊
soror ipso nesciēte: ipso ergo orante ī ipo
loco ꝓ patre ⁊ matre ⁊ sorore sua volun-
tate dei aīa ei⁹ per ministeriū angeli du-
cta est ad purgatoriuꝫ vbi inuenit soro-
rem suā ibi existentē: donec mater eius
viua exequeret testamētū per ipsam fa-
ctū: deducta est etiā aīa eius ad infernuꝫ
vbi inuenit patrē suū plorantē ⁊ multos
dolores patiētem ⁊ ait ei. Cur pater mi
es in hoc loco tormentorum cum tot
bona feceris in hoc mundo? qui dixit ei
Multa bona feci vt tu scis: tū aliq̄ pctā
cōmisi cū matre tua ipudice agendo cū
ea ⁊ ꝯ honestatē mrimonij que preuere
cundia nolui cōfiteri: ⁊ iō sū dānat⁹: dā-
nabit ⁊ mater tua nisi illa confiteat pec
catū suū: qbus auditis aīa ei⁹ reuersa est
ad corp⁹ ⁊ obtēta licentia venit ad matrē
⁊ oīa ei narrauit: ꝓpter qd̄ confessa salu
tē obtinuit. Confitere igit aīa mea nō so
lū pctā principalia: sed ⁊ circunstantias
vt salutē obtineas. Et iō Aug. ait in lib.
d̄ vera ⁊ falsa pnia. xi. c. Tu vo fili mi ñ
ita facias. s. vt faciūt multi q in veritate ñ
ꝯfitent: qꝛ sanior ꝯsilio creditur⁹ es astā
te corā te sacerdote eū angelū dñi exsisti-
ma: ⁊ cū reuerentia dei ministrū astare:
aperi penatrabiliū tuoꝝ abscōditissima
latibula ⁊ consciaꝝ tuaꝝ secretiora reuel
la pagula. Et in. xi. c. sequit dꝫ dolere de
crimie ⁊ de oī ei⁹ varietate. Credo q ille
q dixit. Quacūqꝫ hora ingemuerit pec-
cator ⁊ ꝯuersus fuerit vita viuet: dixit cō
uersū. i. totū versū viuere versū puto qui
dē q dolet de crimine: cōuersū q dolet
de ei⁹ varietate: vertit a peccato. qui iaꝫ
vult dimittere peccatū: conuertit totus
⁊ oīno vertit qui nō tm̄ penas timet. sed
ad bonū tendere festinat. hec ille. Et sic
pꝫ pars prima.

¶ Pars secunda huius sermonis vbi
declaratur in quot casib⁹ necesse est cō
fessionē reiterare.

l Ecundo in isto sermone tractā
dū est de ꝯfessionis iteratione, p
qua solet queri a theologis. si ne
cesse est confessionē factaꝫ de pctis eādē
de eisdem iterare. Et rñdet q sic. in. vij.
casibus. ¶ Primo ꝓpter recidiuatio-
nem: vñ querūt theologi si penitēs post
recidiuū tenet oīa confessa confiteri ite-
rū. Et vr̄ q sic: qꝛ s̄ꝫ oēs theologos vnū
pctm̄ disponit ad aliud ⁊ ita est cā altet⁹
pcti subsequentis: sed cā peccati reuelan
da est in confessione: ergo oportet ipsaꝫ
confessorē cognoscere: qꝛ non aliter valꝫ
medicina spiritualis sibi conuenienter mi
nistrari: sicut pꝫ in medico corporis: qa
nō pōt curare infirmitatē nisi infirmita
tis sibi cā innotescat. Preterea in ꝯfessio
ne peccati ⁊ qualitas ⁊ quantitas est attē
denda. qualitas aūt attendit q̄tū ad dif
ferentias peccatorū ⁊ circunstantias ag
grauātes: vt si peccatū est carnale: vtrū
sit simplex fornicatio: adulteriū: vel ince
stus: ⁊ q̄tiens: quō: ⁊ vbi peccauit s̄ꝫ ne-
cesse est confiteri gen⁹ pcti seu qualitatē
ergo pari rōne confitenda est ⁊ q̄titas:
sed q̄titatē nō pōt penitens ꝯfiteri nisi
peccata preterita confitendo. Necesse ē
igit q nō tm̄ peccatū in quo recidiuauit
sed etiā pctā p̄terita que videt pctm̄ sub
sequens aggrauare in ꝯfessione reuelet:
vnde sicut non valeret ꝯfessio si diceret
peccaui ⁊ non exprimeret gen⁹ peccati:
sic vr̄ q non debeat valere cōfessio vbi
tota q̄titas non exprimit: qd̄ esse nō pōt
nisi peccata preterita reuelentur. Itē per
locū ab auctoritate euangelij idē probat
Mat. xviij. de seruo nequā cui remissū
fuerat debitū: qꝛ tradidit eū dñs tortori-
bus quousqꝫ redderet vniuersū debitū.
Ex quo vr̄ q pctā dimissa per recidiuū
peccati redeant: ⁊ per consequens sit ne
cesse ea confiteri. Sꝫ oppositū ꝓbat tri
bus auctoritatib⁹. Prima est de pe. di.
i. §. nō ita. vbi dicitur. Nō est necesse vt
que semel sacerdoti ꝯfessi fuerim⁹ dnuo

confiteamur. Secūda est de pe. di. iiij. §.
antiqua. v. Itē Gelasius vbi. df. Diuina
clementia dimissa pctā in vltionē redire
non patit vlteri⁹. ¶ Tertia est in glo. de
pe. di. iiij. in sūma vbi df. Nō pñt redi/
re dimissa peccata quo ad penaz sꝫ quo
ad priuationē glorie: qꝛ proinde priuatur
glia: ac si peccata ei nō essēt dimissa. hec
ibi. hāc questionē bñ declarat Alex. vbi
s. ⁊ Tho. in iiij. di. xxij. ar. iij. q. iiij. Alex.
ait ꝙ in hoc casu distinguēdū est Quan
tū ad sacerdotē: ⁊ q̄tū ad confitentem.
Quātū ad sacerdotē: qꝛ aut est idem sa/
cerdos cui postea confitet: aut nō. Item
ex parte confitentis: qꝛ aut satisfecerat ꝑ
peccatis anteq̄ recidiuaret aut non. Di
cendū est ergo sine preiudicio ꝙ si peni
tens confiteat illi cui ante recidiuū fece/
rat confessionē: siue peregerit penitentiā
sibi iniūctā: siue nō dꝫ peccata retroacta
iterum cōfiteri: sed aliter ⁊ aliter. Si eni
peregerit pniam sufficit in genere ratio
ne ingratitudinis ea cōfiteri. Si vo nō
egerit: qꝛ presumit ꝙ cōfessor de his ob
litus est dꝫ ea expressius confiteri: qꝛ de
vtrisq3 vt videbitur magis. i. dꝫ pniam
suscipere ꝓm tn̄ arbitriū sacerdotis. Nō
si forte sacerdos habeat in memoria pec
cata ⁊ circunstantias quas eidē alias cō
fessus est ⁊ hec penitenti indicauerit suf/
ficit pctā illa ꝯfiteri in genere cū ingrati
tudine. Nō enim potest sufficiēter cōfi/
teri sin gratitudinē nisi recognoscat coraz
sacerdote bona que sibi dn̄s gratis con
tulit: ⁊ offensas quas misericorditer in/
dulsit. Si vo confiteat alicui nouo sacer
doti tenet omnia confiteri: siue perege/
rit pniam siue nō: qꝛ nec aliter vultum
peccatoris ipse cognosceret ꝑ mores eni
preteritos pōt quis statum hois de futu
ro cognoscere q̄uo ipsuꝫ habeat regere.
Nec etiaꝫ aliter penitēs ingratitudinem
suā sufficienter manifestaret. Et iō debꝫ
confiteri ad minus circunstantias saltē
in genere ⁊ maxime libidinis ⁊ contem
ptus. Hec aūt duo. s. quantitas ⁊ contē/
ptus libidinis in omni peccato sunt no/
tanda ⁊ ingratitudo: maxime in recidi/
uo. hec Alex. ad litteram. Tho. autem.
sic dicit ꝙ in confessione requirunt duo
Primo beneficium absolutionis: ⁊ q̄̄/
tum ad hoc recidiuans non tenet prio/
ra pctā iterum cōfiteri: qꝛ illud qd ē sim
pliciter dimissum nunq̄ dꝫ iterū confi/
teri. Et sic habent intelligi ille auctorita/
tes ad secundā partē allegate. Secundo
in confessione requirit remedium satis/
factionis: ⁊ q̄tū ad hoc recidiuans te/
net peccata preterita iterum confiteri: vt
sciatur que satisfactio ei cōgrue possit in
iungi: vt si lapsū carnis frequenter ē pas/
sus aliqua occasione ⁊ sic de alijs pecca
tis. Et etiā necessaria est ꝯfessio talis ad
exꝑmēdū q̄litatē cōmisse igratitudis i
recidiuando: ⁊ ad hoc vr sufficere con/
fessio peccatorū cōmissorum in genera/
li: tn̄ ad aliqua specialia oportet descēde/
re ꝓm quod confitens viderit opportu/
num. nō eni pōt in his ita aliqua mēsu/
ra prefigi. Et sic habent intelligi ratiōes
ad primam partem adducte. s. propter pre
seruationē a futuro ⁊ ingratitudinē ag/
grauantē peccatum. Nam illa parabola
euangelij adducta solum intelligitur de
grauedine peccati propter ingratitudinē
contractam in recidiuo. Ex quibus om
nibus cōcludit illud quod ait glo. Ray.
in ii. de pe. ⁊ remis. §. Sed nunqd pecca
ta semel dimissa. s. ꝙ recidiuans non te/
netur dicere specialiter ⁊ distincte ea que
ante confessus est: sed sufficit confiteri
in generali de illis exprimendo ingrati/
tudinem suam ⁊ dicendo: De multis ⁊
magnis peccatis mortalibus liberauit
me dominus per penitentiam: ⁊ ego ni
hilominus ingratus existens offendi eū
⁊ sic patet propositum. ¶ Secūdo mo/
do tenetur quis iterare confessionem ꝓ
pter iurisditionem ⁊ hoc ex parte confes
soris. s. quando quis confitetur sacer//
doti non suo seu non habenti potestatez
super eum: quod patet de pe. ⁊ remis. c.
omnis. Argumentum habetur ad hoc
xxxiij. q. ij. c. latorem. Et hec est sententia
Ricar. ⁊ Boā. di. xvij. ¶ Tertio tenetur
quis iterare cōfessionem propter remis
sionem

sionem siue absolutionem q̃ scilicet cõfessor super aliquo peccato absoluendo non habet facultatem. Oportet eniȝ tũc ſm Ric. ꝙ pro illo cõfitens recurrat ad superiorem ⁊ ei iterum reconfiteatur illud. Alia vͦo peccata de quib⁹ potest absolui a proprio sacerdote superiori iterare non tenetur d̓ necessitate si omnia integre dixit proprio sacerdoti. Et in isto casu absolutio proprij sacerdotis ⁊ superioris vnam complent sufficientem absolutionem. Debet tamen absolutio superioris precedere. Hec Ricar. Argumẽtũ extra de pe. ⁊ remis. significauit. Et notatur in directorio iur. li. i. ti. xv. §. xlvij.

¶ Quarto tenetur quis iterare confessionem propter ignorantiam confessoris. quando. s. nescit discernere inter lepram ⁊ lepram. Et ideo querendus ẽ sacerdos sciens ligare ⁊ soluere d̓ pe. dist. vi. qui vult vt dictum est supra quando tractabatur de confessoris conditione.

¶ Quinto tenetur quis reiterare confessionem propter omissionem quando. s. quis omisit in confessione scienter aliqd̓ peccatum ad confessionem pertinẽs vel eius necessariam circunstantiam. Et idẽ etiã si omittatur ex ignorãtia vel obliuione ab eius notabili culpa ꝓcedẽte. Quãdo vͦo scienter omittitur non solum confessio non valet ⁊ debet iterari. sed etiam nouum peccatum mortale committitur Et nota ſm Ricar. ꝙ talis omittens tenetur confessionem iterare illi vel alteri sacerdoti. ¶ Sexto tenetur quis reiterare confessionem propter dimissionem: quando scilicet quis dimisit peragere sibi iniunctam. Nam vt dicit Alexander ⁊ Ricar. Si recordatur de penitentia ⁊ possit refici ⁊ reficiat: eam non tenetur confiteri nisi de negligentia omisse penitentie. Nam certum est ſm Scotum in. iiij. distin. xv. ꝙ ex negligentia omittendo facere penitentiam predictã mortaliter peccauit: quia egit contra preceptum confessoris ⁊ ecclesie. Si auteȝ de penitentia non recordatur ⁊ ad aliũ confessorem vadit vel ad illum qui amplius de peccatis suis ⁊ penitentia sibi iniũcta non recordatur tenetur totam confessionem preteritam iterare. ¶ Septimo ⁊ vltimo tenetur quis iterare confessionem propter malam dispositionem: quãdo scilicet non vult abstinere ab omnibus peccatis. vel quia confitetur sine cõtritione: vel sine charitate: vel quia non vult remittere odium: vel satisfacere: seu aliquod aliud agere ad quod obligatur. His enim casibus confessio non valet de peniten. distin. v. c. falsas. ⁊. c. fratres. ⁊ distin. vij. c. nullus ⁊ ideo debet iterari. Aliqui tamen dicunt ꝙ his casibus licet non valeat confessio quo ad virtutem sacramenti ⁊ remissionem peccatorum: valet tamen quo ad partem sacramenti. idest ad expressionem vocalem. de peniten. ⁊ remissio. c. Quod quidaȝ. vnde cessante illa mala dispositiõe non iterum tenetur quis confiteri de iã confessis: sed de illa dispositione quam pro tunc habuit. Quorum dictum potest intelligi verum si in sequenti confessione duret effectus illius expressionis vocalis: quod potest contingere si fiat eidem ⁊ de recenti ⁊ non aliter. Nam intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi extra de verborum significatione: intelligentia: vnde dicendum est ſm glosam Raynu. Et in vita q. lxvj. Quod his casibus si quis confiteatur eideȝ sacerdoti cui prius: ⁊ qui adhuc habeat ad memoriam peccata sua que audiuit: non tenetur reiterare confessionem quia sufficit dicere culpam suam generaliter de peccatis prius confessis: ⁊ particulariter de illa mala dispositione quam tunc habuit ⁊ de peccatis postmodum commissis. Si autem cõfiteatur nouo: qui vel non audiuit eum: aut etiam primo si oblitus est qui audiuit debet totum iterum confiteri. ⁊ sic pȝ secunda pars.

¶ Pars tertia vbi declarat ꝙ confessio debet fieri cum discretione.

b Tertio notandū est ꝙ inter alia confessio debet fieri cū magna discretione. Quia extra de officio custodis.c.i. Omnia cum discretiōe agant que oium virtutū noscit esse mater. ⁊ iō Nicho.d' lira sup illud Math.v. ꝙ si sal euanuerit ⁊c. ait. Nō sicut sale oia condiunt cibaria: ita discretione oia opera nostra ordinari debent ⁊ dirigi. ⁊ iō Ber. sermone.ij. sup Cañ. Discretio quippe oi virtuti ordinem: ponit: modū tribuit: decorem ⁊ perpetuitatē confert. Est ergo discretio non tā virtus ꝙ quedaꝫ moderatrix virtutum: ordinatrixqꝫ affectuū: ⁊ doctrix morū. Tolle hanc ⁊ virt⁹ vitiū erit. Et Isido. in sinonomis ait. Quicqd boni cum discretione feceris virtus est: quicqd sine discretione gesseris vitiū est: virtus eni indiscreta pro vitio reputat. hec ibi. Hac igit discretione habita debꝫ penitens discrete peccatorum suorū grauedinē ꝯsiderare: ⁊ grauiora prius confiteri: deinde minora: ⁊ hoc cū maiori maturitate: hūilitate. contritione ⁊ verecundia ꝙ potest. Argumentū in.c. admonere. xxxiij.q.ij. Nā vbi mai⁹ periculū intendit ibi proculdubio plenius est consulendū. extra de electione. Ubi periculū.li.vi. Nec velut qdam agere debemus: q multū ponderant leuia ⁊ transcurrunt grauia: quod indiscretionis ignorantie seu malicie est indicium. Hanc indescretionem habuit illa dña romana magne sanctitatꝫ ⁊ fame que cum haberet vnicū filiū dormientē secum nolens eū contristari qꝛ aliter volebat se interficere: cōcubuit cū eo ⁊ ꝯcepit ⁊ peperit filiū ex eo: ⁊ ipsū puerulum occidit filio nesciēte perseuerās in sanctitate sua peccatū illud occultum tenēs per decem annos nō est confessa. Et videns diabolus ꝙ a bonis operib⁹ non cessaret cogitauit eam extinguere timeno ne aliqñ pctm̄ suū confiteretur. ⁊ assumens formā hoīs transtulit se ad seruiendū cuidam cardinali adeo bene vt vocaret ad seruitiū pape: ⁊ cum multuꝫ a papa diligeret propter diligens seruitium eius. loquente papa ⁊ cardinalibus de sanctitate hui⁹ mulieris accusauit eaꝫ diabolus de crimine predicto: ⁊ citata ē ad curiā vt si posset probari moreretur. que sic citata cū venisset ⁊ talia audiuisset obstupuit ⁊ timuit nimis: ⁊ accepit terminū respondendi: ꝙ si ille non probaret volebat ipsum puniri. Et recedēs cōfessa est pctm̄ suū cuidā penitentiario cū contritione ⁊ multis lacrymis pniaꝫ sibi iniunctam pagens. Appropinquante autem die quo rñdere debebat: venit ad curiam cū parentibus ⁊ amicis suis vocato aūt illo pessimo dixit papa. Ecce mulier quam accusasti. Qui respondit: nō esse illam sed istā esse bonam ⁊ sanctā: ⁊ dicente papa. ꝙ oportebat eū sustinere illam penā quā ipsa sustinere debebat: fracto palatij tecto subito disparuit ⁊ statim cecidit in medio domus cadauer mortuū quod acceperat. O cōfessio scā quāo es magne virtutis. Illi autē obstupuerunt. Uidens autēꝫ hoc mirabile mulier nimis perterrita peccatū suū coram oibus manifestauit. Et rogauit papam vt cuncto populo ad cōmendationem confessionis hoc miraculum predicaret: que accepta pnia postea sanctissime vixit: Ergo aia mea ꝯfitere. ⁊c.

¶ Dñica eadē infra oīs. de acceleratiōe ⁊ frequentatione ꝯfessionis.

Sermo.lxvij.

Abiit iesus trans mare galilee qđ est tyberiadis: ⁊ seqbat eū multitudo magna qꝛ videbāt signa que faciebat sup his qui infirmabant. Jo.vi. Qꝛ iudei ſfes carissimi. qrebāt Jesū iterficere ⁊ ñ erat adhuc tps passionis sue. Et idcirco recedendo dedit exemplū cedendi ad tpus malicie hūane ostēdēs ꝙ aliqñ eēt licitū xpi fidelibus fugere a persecutione vñ dicunt v'ba proposita. Nō abiit Jesus trans mare

trans.m.g.q.e tyb. Illud enim mare est lacus quidã magnus quem ego vidi p quem transit Jordanis fluuius. Et vocatur mare. quia congregationes aquarum vocantur maria. Gen.i. Et vocat mare galilee: a prouincia iuxta quã transit ꝛ mare tyberiadis ex nomine ciuitatꝫ in littore que antiquitus genezareth: vocabat. vnde ꝛ stagnum genezaret dictuz est sed ab Herode thetrarcha fuit reedificata ꝛ ampliata ꝛ tyberias vocata i honorem tyberij cesaris. Et sequebatur eũ multitudo magna. Quidam ex deuotione ab eo curari. Quidã maliciose volentes eum capere in sermone. Quidaz ex desiderio adiscendi. Et aliqui ex curiositate propter miracula que faciebat: ideo subditur qꝛ videbant signa. ꝛc. Infirmi igitur spiritualibus infirmitatibus ꝛ peccatis sequant Christum per veram confessionẽ peccatorũ vt sanentur ꝛ totalr̃ liberent. De qua confessione vltra predicta tria occurunt in presenti sermone declaranda. Primum erit de eius acceleratione. Secundum erit de ei⁹ frequentatione. Tertiũ erit ꝺ eius humiliatione.

¶ Pars prima hui⁹ sermonis in qua declaratur ꝙ confessio dꝫ fieri. cuz magna acceleratione.

P

Rimo igitur in isto sermõe tractandum est ꝺ confessionis accelleratione. ¶ Circa quã solet queri q̃dã dubitatio magna ꝛ difficilis ꝛ a pluribus theologis ventilata. Si peccator in mortali existens statim habita opportunitate sacerdotis teneatur peccatum suũ cõfiteri sub pena incurrendi aliud peccatum mortale nouũ. Ad quam difficultatez declarandã hoc prius ꝓsupponendũ est: ꝙ est loqui de confessione dupliciter. Aut q̃tũ ad actũ: aut q̃tum ad propositũ. Et de isto secundo modo oẽs cõmuniter tenent ꝙ tunc confiteri tenetur: qñ ꝯfiteri obligat: ꝛ cõteri astringitur: quando hꝫ memoriam peccatoꝝ qꝛ vt diximus diffinitio contritionis cõtinet propositum confitendi. Et ideo nõ est dubitandum ꝙ qñ peccator recogitat culpam cõmissam vel dei offensam vel qñ offert se tempus in quo cogitare debet non volet de peccato cũ proposito confitendi nouã culpam incurrit: qa ex quo sibi culpa non displicet placere videtur: qꝺ mortale peccatum est. Quãtũ ꝟo ad actum ipsius confessionis in hoc diuersi diuersa senserunt. Fuit enim triplex modus dicendi. ¶ Primus fuit archidiacon. de pe. di.iij. c. alle. rex. ꝛ Inno. de pe. ꝛ remis. c. oīs. Hi quidem dixerunt confessionem differri non debere habita oportunitate confitẽdi ab his qui sunt in mortali crimine lapsi: aliogn nouũ peccatũ incurrunt. Quod ꝓbare nitunt. Rationibus: auctoritatib⁹: ꝛ exẽplis. ¶ Primo rationibus q̃ꝫ plurimis de quib⁹ in pñti solum tres assignabim⁹ ¶ Prima est ista Nũq̃ꝫ cadere in peccatũ ꝛ semper resurgere a pctõ sunt opposita: sed homo existens in gratia semper tenet ad nunq̃ꝫ cadenduz: ergo pari modo existens in mortali culpa semper tenet ad resurgendum ꝛ ita statim cum peccauit. ¶ Secunda est illa cum tenemur ad aliquid faciendũ sine temporis determinatione ad illud tenemur q̃ꝫ citius possumus. extra de sen. excõ. c. cos li. vj. ꝛ extra de vo. ꝛ cõtu. c. cum dilecti. Et beat⁹ Tho. ſa. ſe. q. lxxxvij. ar. ij. ait. Illud quod sine temporis determinatione debetur nisi statim soluat obligat ad peccatũ. Cum igitur constet nos obligari ad confessionẽ iure diuino sine determinatiõe temporis: ergo obligamur ad confitendũ q̃cicius fieri potest. ¶ Tertia est illa lꝫ aliquis sit in mortali peccato tenet tñ vitare casum in mortale: sed non potest vitare mortale si permaneat in contemptu confitendi qꝛ vt di. Greg. Peccatum qꝺ per penitentiã nõ diluit mox suo põdere trahit in aliud: ergo existens in peccato mortali mox tenet confiteri. Et confirmat illa ratio per illaz regulã famosam. Quod quilibet tenetur vitare periculum peccati mortalis Argumentũ datur. extra de simo. c. Matheus. de homici. c. pe. vnde. Ecc. iij. dicitur

Qui amat periculū peribit in illo. ¶ Se
cundo hoc idē ꝓbat auctoritatib⁹. Pri
ma ē Isido. de sūmo bono di. Cito cor/
rigit culpa que cito cognoscit: tardi⁹ au/
tem sanat vulnus quod iā putrescētibus
membris curationibus adhibet. Secū/
da est Aug. in ꝓspero di. Remedia cō/
uersionis ad dn̄m nullis sunt cōtamina
tōib⁹ differenda. Qui enim penitēti in/
dulgentiā promisit diem crastinum nō
spopondit dissimulanti. Hec ille. Ter/
tia ē scripture sacre. Ecc. v. vbi dr̄ ne tar/
des ꝯuerti ad dn̄z ⁊ ne differas de die i
diē. Ex qbus oībus concludit ꝙ stati ha
bita opportunitate petōr confiteri tenet.
¶ Tertio hoc idē ꝓbat exemplis. Pri
mū ē Ade. d̄ q̄ ait Amb. i li. d̄ pe. ⁊ d̄pe.
di. ij. c. Adam post culpā statim de para
diso deiecit deus: non distulit: sed statim
separauit a delitijs vt ageret pniam. hec
ille. Secundum est Dauid de quo idem
Amb. ait. In apologia Dauid. de pe. di.
iij. c. ille rex. Ille rex tantus ⁊ potēs nec
exiguo quidē momento manere penes
se delicti passus est conscīam sed prema
tura confessione atq̄ imenso dolore red
didit peccatū suū domino. Tertiū exem
plū est egrotationis morbi letalis q̄ mor
bo qs egrotās si ita aproximat morti ꝙ
nesciat si statim vel hora sequēti moriat
nisi apponat remedium si scit vel potest
peccat mortaliter. A sili vr̄ ⁊ a fortiori:
ꝙ egrotans a morbo aut vulnere spūali
q̄ ita vicin⁹ est morti. ꝙ nesciat horam
mortis spūalis. s. gehenne ⁊ scit ⁊ pōt ap
ponere remediū ⁊ n̄ appōit peccat mor
taliter. Ad decretalem v̄o illaz. Omnis
vtriusq̄ sexus. dicunt ꝙ talis constitu/
tio intendit arctare tempus ꝓpter negli
gentiā hoīum ⁊ non ampliare. cuz illud
spacium non concedit. sed potius per il/
lud negligentiā nolentium perimit. Mō
⁊ per similitudinē ostendi pōt. Nam ex
tra de here. c. excōicatus. §. que aūt dicit
Quod hi qui ex suspitiōe heresis excōi/
cāt si amplius vno anno in excōicatiōe
per contumaciam persisterent: post illd̄
tempus velud heretici damnari possunt

Manifestum est ergo vno anno nemi
ni in excōicatione pesistere cōcessum est
sed post annū nonnulle pene sunt in ex/
cōicatione persistentib⁹ addite. Potest
etiam decretali predicte ſm Inno. aliter
rn̄deri. s. ꝙ ipsa dūtaxat locū hz in illis
qui tantum venialiter peccauerūt: hi v̄o
semel in anno debent confiteri: non ex
eorum propria culpa sed ex institutione
ecclesiastica. Secundus modus dicen/
di est domini Bonauen. in. iiij. di. xvij.
ar. ij. q. ij. partis. ij. qui ait. Mō oīum ho
minū genera tria sūt: religiosi: seculares
clerici: ⁊ puri laici: hi quidē oēs ad pro/
positum confitendi tenent vt predictum
est post peccatum mortale: dum memo
riam habent: aliter eoꝝ contritio nō va
let sed ad actuz q̄ citius poterūt religio
si sine mora tenent: tuz q: opportunitas
confitendi eis nunq̄ deficit: q: eorū vi/
ta tota est penitētie tempus. De clericis
autē firmiter iste doctor iudicare nō au/
det. tn̄ magis existimat statuo post mor
tale peccatū ad confessionē obligari: q:
non vr̄ contritus q pōrat occultum taz
longo tempore vuln⁹ precipue cum eis
opportunitas confitendi vix aut raro de
ficit. De puris autem laicis asserere qui/
dem ꝙ possint vsq̄ ad pascha differre
vr̄ esse periculosum. ⁊ q: semper simili/
ter teneant qū se offert opportunitas ni/
miū vr̄ esse durū: ideo rōnabiliter sentiē
dū est mediū. s. Mō nunq̄ differre debe
ant nisi qn̄ maiorē opportunitatem: aut
temporis: aut sacerdotis expectant: tunc
enī tute differre possunt qn̄ pro vtiliori
causa differre vident. Si v̄o hi oēs non
ex propria mortali culpa q̄ non fecerunt
sed ex institutione ecclīastica consueuerit te
nent vsq̄ ad pascha: licite differre pos/
sunt nisi ratione statuti vel suscepturi sa/
cramenti ad qd̄ debite preparare se de/
bent. ¶ Tertius modus dicendi ē Sco
ti. ⁊ Alex. de ales. vbi. s̄. ⁊ Ricar. de me
diauilla. in. iiij. di. xvij. ar. ij. q. vi. ⁊ bea/
tus Tho. ibidem ar. i. q. iiij. Et etiam in
i. q̄libeto. q. ij. Qui dicunt ꝙ penitēs nō
peccet mortaliter non confitēdo habita
opportunitate

opportunitate dūmō habeat propositū confitendi tempore statuto ab ecclesia. Quod probat tripliciter. ¶ Primo effi caci ratiōe sic. Si qcunq3 omittit id ad quod ex pcepto tenet opportunitate ha bita mortaliter peccat: ergo si aliqs pec cator peccato perpetrato nō statim con fitet qn̄ copiam h3 sacerdotis si statim ad confitendū tenetur ꝛ non cōfitendo statim peccat mortaliter qua ratione pec cat in hoc instanti eadem rōne peccabit in sequenti: ꝛ sic sequit ꝙ multa imo qua si innumerabilia peccata mortalia com mittit in die pro vna confessionis dilatio ne: quod videt incōueniens ꝛ valde dā nabile: ꝛ hec rō est Alex. ꝛ Ri. ¶ Se cundo probatur ex precepti obligatione qꝛ precepta affirmatiua nō obligant sē per sed ad semper: hoc est dicere nō ob ligant ad statim sed ad tempus determi natum: non quidem ex hoc ꝙ tunc co mode impleri pn̄t: qꝛ sic si nō daret ali quis elemosynam de superfluo qn̄ cun q3 paup offerretur peccaret mortaliter quod falsum est: sed obligat ex hoc quā do tempus necessitatem inducit vrgen tem. Cum ergo cōfessio sit sub precepto affirmatiuo non est transgressor aliquis precepti q̄ntūcunq3 differat cōfiteri: dū tn̄ semel in anno confiteat: maxime tem pore ab ecclia instituto qđ est quadrage sima. Et hec est rō Bo. Alex. ꝛ b. Tho. ¶ Tertio hoc idem pbat exemplio ꝛ si militudine: qꝛ l3 filius semper possit ho norare patrem non tn̄ semp peccat mor taliter non honorando: sed qn̄ offert se possibilitas ex pte filij ꝛ necessitas ex par te patris ꝛ non honorat: tūc mortaliter peccat trāsgrediendo preceptū de hono ratione parentū3. Sic a simili posito ꝙ adsit facultas cōfitendi tum ex parte lo ci: tum ex parte sacerdotis: non tn̄ pec cat mortaliter si statim non confitet. Et hoc est exemplum beati Tho. ¶ Ad p mum argumentū in oppositum quādo arguit ꝙ existēs in gratia tenetur ad hoc ꝙ nunq̄ cadat ergo a simili existens in peccato tenet ad hoc ꝙ semper resurgat.

respondet Alex. de ales ꝙ non est simi le: qꝛ cadere non potest sine nouo con temptu mortali: sed existens in peccato potest resurgere sine nouo cōtēptu mor tali. Preterea resurgere importat profi cere: cadere autem deficere. sed non te netur homo semper proficere sed tenet ad non deficiendum semper lapsū mor talis. Preterea cadere per mortale est semper prohibitum. Resurgere vo non semper preceptum: qꝛ illud preceptū est negatiuum hoc affirmatiuum. Dicas er go ad argumentū ꝙ quecūq3 opposita non eque ligant. verbi gratia dehono rare parentes ꝛ honorare sunt opposita ꝛ tamen nunq̄ debemus dehonorare: sic a simili homo semp tenetur ad hoc ꝙ nō cadat non tn̄ semp tenet ad hoc ꝙ resurgat dū tn̄ semper habeat ppositū resurgendi sicut filij semp tenent habe re ppositū parentes honorandi. ¶ Ad scđm qn̄ arguit ꝙ sine termino obliga mur ad confessionem dicas s3 Tho. ꝙ aliud est detentio rei aliene ꝛ aliud dete tio vel obligatio cōfessionis: qꝛ detentio rei aliene inuito dn̄o suo contraria e pre cepto negatiuo: qđ obligat semper ꝛ ad semp: ꝛ iō tenet ad statim reddendū: confessio aūt est sub pcepto affirmatiuo quod nō semper obligat ergo ꝛc. Uel di cas sm Alex. ꝙ illud est falsum ꝙ obli gemur sine termino ad confessionē. lic3 enī n̄ exprimat terminus in institutione siue in confessionis promulgatiōe. expri mitur in executionis obligatione: vt in illa decretali omnis. Ad tertium quādo arguitur ꝙ quilibet tenetur vitare casu3 in mortale per illud Gregorij. positum ꝙ per pniam nō. ꝛc. R. Alex. ꝙ act9 tra hendi dicit inclinationē ad peccatū siue ad actū peccati non tamē ruina3 in ipsū ad primū nō tenet homo semper qꝛ sic teneret ad fugam venialiū que habilitāt ad casū ad scđm tenet semp: ꝛ sic patet illud. Ad auctēs vo respondit Alex. ꝙ non est prohibitio in illis auctoritatibus que importat obligationem necessitatis sed potius consilium vtilitatis. In sacra

enim scriptura multa proponuntur per
modum iperij que persuadent illud qd
est ꝯsilij. Et eodē modo pōt dici ad exē
plum ade. ꝛ Dauid. vel potest dici ꝙ illa
exempla nos non cogunt sed inducunt:
vel pōt etiam dici ꝙ Adā ꝛ Dauid stati
confessi sunt peccatum suū: qꝛ ab eis exi
gebat vt patet: sed a nobis non exigitur
nisi tempore statuto ab ecclesia. Ad ter
tium aūt exemplū qn̄ arguebat a simi/
li de morbo corporali. ꝙ. Ri. vbi. s. i rn̄/
sione primi argumenti: ꝙ contemnere
salutem spiritualem potest dupliciter in/
telligi. aut directe ꝛ positiue per aliquem
motum voluntatis deliberatiue: ꝛ hoc ē
peccatū mortale: aut negatiue ꝛ hoc est
nō querere salutem spiritualem sollicite
Et hoc nō est peccatum mortale sed cir
cunstantia peccati: nisi in aliquo ꝺtermi
nato casu in quo si non quereret sollicite
peccaret mortaliter omittendo. Dicas
ergo ad argumentū dupliciter. Primo
ꝙ aliter est de morbo corporali ꝛ aliter
de spirituali: qꝛ morbus corporalis nisi
per remedium medici extinguat semper
inualescit impetus. Morbus autē spiri
tualis peccati. s. extinguitur per contritio
nem cū proposito confitendi ad quam
semper tenet ꝛ tunc non est in periculo:
quapropter nō est simile in vtroqꝫ mor
bo. Secundo modo sic: si ille q egrotat
morbo letali non procuret ꝙ curetur nō
propter hoc peccat mortaliter: iꝫ si cōsi/
deratis considerandis non ꝓcuret. Si
militer si quis egrotat morbo spirituali ꝛ
constet sibi de periculo ꝛ nō procuret ꝙ
curet per confessionem non peccat mor
taliter sed illis concurrentibus ex quib⁹
oritur nouus contemptus: si tunc non ꝓ
curat detegendo medico spirituali actu
habita opportunitate sacerdotis vel pro
posito non habito: tunc infallanter pec/
cat mortaliter. Ex quib⁹ omnibus con
cludendū est de mente illorum doctorū
Ri. Alex. ꝛ beati Tho. ꝙ tenet confiteri
nisi semel in anno scilicet tempore qua/
dragesimali preterqꝫ in quinqꝫ casibus
quibus occurrentibus fieret nou⁹ cōte/
ptus habita opportunitate non confiten
do. ¶ Primus est ratione sacramenti
qn̄. s. vult celebrare: eucharistiā sumere
aut sacrum ordinem suscipere. His enī
in casibus dꝫ subito habita opportuni/
tate confiteri: vt etiā vult Pe. de taran.
in. iiij. di. xvij. ꝛ Tho in quadā questiōe
notabili: ꝛ in quolibet. iuxta illud cor. xi.
Probet autem seipsum homo ꝛ sic de
pa. illo edat ꝛ ꝺ ca. bibat nisi forte aīt Ri.
de propinquo expectet alium cui deuoti
us atqꝫ securi⁹ confiteri se credat sic enī
expectans tāqꝫ vere penitens nullo iure
istius doc. sententia cōicare prohibetur.
Secundus est ratione pīculi vt qn̄ est in
iminenti periculo mortis: vt tpe pestilēt
grauis ifirmitatis: guerrarꝫ: famis: ꝛ na
uigatiōis: ꝛ huiusmodi. qꝛ Ecc. xviij. scri
ptū est. Ante iudicium. s. mortis interro
ga teipsum per confessionē. ¶ Tertius
est ratione dubij. qn̄. s. probabiliter videt
amplius anno illo copiā sacerdotis ha
bere non posse tempore. s. ab ecclesia sta
tuto: seu confessorem idoneum: vt si qs
in aliquo peccato deliquit de quo absolu
tio ad papā pertinet ꝛ nunc habet copiā
penitentiarij pape tenet illi confiteri op/
portunitate famulante. dicit tamē Tho.
in quadam questione de quolibet: ꝙ lau
dabile est ꝙ peccator qꝫ citius pōt pecca
tum suum confiteat: per accidens: anteꝫ
tempus ab ecclesia statutum sine dilatio
meritoria esse pōt dūmodo vltra annuꝫ
nō differat: qꝛ vt ait apostolus. ad Gal.
vi. Dum tempus habem⁹ operemur bo
nū: ꝛ Boetius signat. Tempora propria
aptans officijs deus. ¶ Quart⁹ ē rōne
stimuli qn̄. s. ꝯscia stimulat illico post pec
catum confiteri: qꝛ oē ꝙ fit contra con/
scientiaꝫ. s. precepti vel prohibitionis edi
ficat ad gehennam: vt habet extra de re
stitutione expoliatorum. c. litteras. §. pe
nul. extra de simonia. c. per tuas. ꝛ ꝺ sē.
excō. c. in inquisitionibus de prescriptio
nibus. c. fi. de scrutinio in ordine facien/
do. c. vnico. xxviij. q. i. edificat ad ge. gl.
ibidem di. Omne quod fit contra con/
sciam non erroneam edificat ad gehē/
nam. Si

hennaꝫ. Si ex his de pe.di.iiij.c.omne
q̃ꝫ ibi ciꝫ habet ad lr̃am. Et iõ mala de
bet potius quis pati ⁊ bona opari q̈ꝫ fa/
cere ꝯ ꝯsciaꝫ.xxxij.q.ij.c.ita ne. ¶ Qui/
tus est rõne statuti. qñ.s. vltra q̈ꝫ statuat
ꝯsilium gnãle societas quedam vel reli
gio rõne suoꝝ statutoꝝ frequentius ꝯfi
teri tenet precipue qñ vouit talia obser/
uare statuta: quia scriptum est vouete ⁊
redite domino deo vestro. Et sic patet
pars prima.

¶ Pars secunda huius sermõis i q̃ de
claratur. ꝙ ꝯfessio dꝫ frequentari.

Secũdo circa ꝯfessionis frequẽta
tionẽ solet q̃ri vtrũ liceat cõfes/
sionẽ frequẽtare: quod põt fieri
duob⁹ modis. Uno mõ vt si frequenter
ceciderit in pctm̃ per cõfessionẽ frequen
ter resurgat: ⁊ hoc ẽ laudabile qꝛ septies
cadit iust⁹ in die ⁊ resurgit. ꝓuer.xxiiij.
de pe.di.iij.septies. Alio mõ vt pctã ea/
dẽ pctõꝝ cõfiteat: ⁊ tunc dico ꝙ nõ ẽ ne/
cesse vt qui semel bene cõfessus ẽ iterato
ꝯfiteat peccata sua nisi in aliquib⁹ casib⁹
de quib⁹ dictũ est.s̄. dũ agebat de cõfes/
sionis iteratione. Attamẽ multũ vtile est
⁊ laudabile extra illos casus idẽ peccatũ
pluries confiteri. ⁊ hoc ẽm Tho.in.iiij.
di.xvii.ar.iij.q.viij. ꝓpter quattuor ra/
tiones. Primo ꝓpter erubescentiã con/
fessionis. Nã erubescẽtia cõfessionis in
penam satisfactoriã cõputatur: ⁊ iõ q̈ꝫto
plus cõfitet tanto plus erubescit ⁊ tanto
plus satisfacit. Secũda causa ẽ propter
efficaciam clauis sacerdotalis: tanta est
eniꝫ virtus clauiũ ꝙ hõ posset totiẽs cõ
fiteri ꝙ ab oĩ pena liberaret. Tertia cã ẽ
ꝓpter orationẽ sacerdotis ꝓ sibi cõfiten
te intercedentis. Quarta cã est ꝓpter de
uotionẽ cõfitentis ad quã ex assuefactio
ne ꝯfessionis inducitur. hec btũs Tho.

¶ Sed aduertẽdũ ẽ ꝓ ꝯfirmatiõe isti⁹
ꝑcedentis ptis ꝙ in dilatione cõfessionis
põt eẽ pctm̃ ⁊ nõ: sicut in dilatione ba/
ptismi: sicut enim dilatio baptismi pt eẽ
bona ⁊ mala ex cã sua: qꝛ vt dicit ꝯmẽta
tor.viij.phisi. voluntas nõ retardat facere
opus volitũ nisi ꝑ aliquã cãm rõnalem:
ita dicẽdũ ẽ de cõfessione q̃ nõ est maio
ris veritatis q̈ꝫ sit baptism⁹: dilatio igit
ꝯfessionis ex sua cã põt eẽ meritoria: vi/
tiosa: ⁊ periculosa. Primo enim põt eẽ
meritoria si ad hoc aliqs ꝯfessionẽ diffe/
rat vt sacerdoti prudentiori cõfiteat vel
deuoti⁹ ꝓpter sacrũ tp̄s. Secũdo põt eẽ
vitiosa ⁊ hoc est ex negligentia. Si.n.in
ꝑdictis casib⁹ in qb⁹ necesse est cõfiteri
aliqs ꝯfiteri omittat mortalr̃ peccat: dũ
mõ debita opportũitas adsit ⁊ mlto ma
gis dilatio ꝯfessionis ẽ vitiosa ꝑꝑ ꝯtẽptũ
vt si aliqs ꝓpter ꝯtemptũ ꝯfessionẽ diffe
rat vel omittat. Ubi no. ꝙ ꝯtemptus cõ/
fessionis est pctm̃ mortale duplr̃: aut ra
tione culpe cũ ꝯtemnit celeritas ꝯfessio
nis vt iteret actus peccati: aut rõne mo/
re: vt si ex aliq̃ cõuersiõe actuali alicui⁹
inducẽtis ad pniam contẽptus ꝓueniat.
Ubi gfa: vt si aliqs peccator actualr̃ co/
gitaret dispẽdiũ pcti ⁊ offensaꝫ dei ⁊ alia
hmõi q̃ efficacit eũ moueret ad pniaꝫ: ⁊
tñ nõ peniteret. Tertia põt eẽ periculosa
ex hoc.s. ex nimia cõfidẽtia qꝛ ille q dif/
fert ꝯfiteri cũ statiꝫ põt discrimini se cõ
mittit: qꝛ in arbitrio suo sibi tp̄s viuendi
ꝯstituit. Quapropter q̈ꝫuis nõ sit neces/
sariũ cõfiteri nisi semel in ãno nisi in ca/
sibus predictis: tñ nõ taliter cõfiteri pi/
culosum est ⁊ ꝯfessionẽ accelerare ⁊ fre/
quentare ꝑfructuosissimũ est. Qd̃ ꝓbat
in summa ꝯfessoꝝ li.iij.ti.xxxiiij.q.lxv.
ꝓpter q̈tuor rõnes. Prima ꝓpter incer
titudinẽ tp̄is. Nam hora siue tp̄s mortis
incertũ est. Luce.xij. Ueniet dñs serui
illius qñ nõ sperat. Et ibi habet exẽpluꝫ
de diuite cui dictũ est. Stulte hac nocte
⁊c. ⁊ iõ ne forte ꝑoccupati die morꝭ que
ramus spaciũ pnie ⁊ ꝯfessionis ⁊ inueni
re nõ possim⁹ q̈ꝫ comode possum⁹ cõfi/
teamur. Secũda ꝓpter accumulationẽ
criminis. Nã q̈ꝫto qs maiori tp̄e residet
in pctis: tãto plura ⁊ maiora vl̓ grauiora
pctã accumulat. Apoc.vlt. Qui in sordi/
bus sordescat: adhuc. Pctã cũ peccatis
iusto dei iudicio pũiunt ẽꝫ glo.ad Ro.
i. ⁊ merito: qꝛ vnũ pctm̃ disponit ad aliõ
⁊ est cã alteri⁹. Tertia rõ est ꝓpter elõga

tionem conuersionis. Nam quanto quis tardat amplius confiteri tanto difficilius cõuertitur: vnde Ouidius: Qui nõ est hodie cras minus aptus erit. hoc idem in ps. dicitur. Qui elongant se a te peribunt. Quarta rõ est propter indignitatẽ iudicis. Nam qui in hac vita nõ exaudit et deum clamantem penitemini ⁊ cõfitemini ipse postmodũ clamabit ad deũ ⁊ nõ exaudietur ab eo: sicut clamauit diues in inferno ⁊ nõ est exaudit⁹. Tu ergo festina ne tardaueris. ¶ Põt etiam dici q̀ ꝯfessio est accelerãda ⁊ frequentanda: q̀ nihil adeo tristat diabolũ sicut ꝯfessio ⁊ ideo q̃to magis frequentatur tãto magis diabolus tristat. Patet hoc per exẽplũ cesarij. di. Nã cũ magr Tho. theologus ⁊ predicator egregius eẽt moriturus vidit diabolũ in angulo camere in q̃ iacebat quem adiurauit vt diceret quid esset q̀ plus ei noceret. Qui rñdit: Nihil tñ nobis nocet nec tantum virtutes nostras extinguit sicut cõfessio. Quãdo. n. inquit homo in peccatis mortalibus est omnia membra ei⁹ sunt ligata: ⁊ nõ põt se mouere: cũ võ pctã eadem confitetur statĩ liber est ⁊ mobilis ad omne bonũ: quo audito fidelis ille doctor in pace obdormiuit. Confirmat hec Augu. in lib. l. omel. Omel. xij. di. Si enim ꝯfitemur nos ille parcit: si agnoscimus ille nescit: sed serpens ille qñ instinit vt caderet q̀ stabat sic agit: vt qui cecidit non resurgat: ideoq3 aduersus incantationes eius ⁊ insidias quibus nunc impedire nobis vult confessionem peccati laborem⁹ qa scit nos non posse redire nisi per humilitatem q: per superbiam lapsi sumus ad quam ipse nobis dux fuit: modo ad humilitatem dum tempus est Xp̃m sequamur. Hec ille. Et sic p3 pars secũda.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua ostenditur q̀ cõfessio debet fieri cum profunda humilitate.

t Ertio in isto sermone aduertendũ ẽ q̀ ad hoc ꝯfessio sit dõ grata ⁊ fructuosa debet fieri cũ profunda humilitate: vnde Aug. sup Can. x. omel. ait: Humilitas pertinet ad confessionẽ: q: dũ ꝯfitemur nos pctõres et ipsa est humilitas: nõ vt dicam⁹ illud in lingua q̃si ppter arrogãtiã ne displiceamus hoib⁹ si nos iustos esse diceremus faciũt hoc impij ⁊ insani: scio inquit qa iustus sum: sed quid dicturus sum ante hoĩes fieri me iustũ dixero: qs ferat? qs toleret apud deum nota sit iustitia mea: Ego tñ me dicam pctõrem: q: non sum sed ne arrogantia odiosum inueniat dic hoibus qd̃ es: dic deo quis es: q: si non dixeris deo qd̃ es damnat deus qd̃ inuenit: nõ vis vt ille ignoscat tu agnosce: vt possis dicere deo: auerte faciem tuã a peccatis meis: dic illi: qm̃ iniquitatem meã ego cognosco: ⁊ cũ confessus fueris delicta tua ex omni iniqtate tua purgabit te. Et in li. de sancta virginitate. c. 50. ait. Quãdiu nõ est in celesti sublimitate pfectio: vituperabiles nos facit in humilitate pctõꝝ cõfessio: ⁊ in li. de pe. idẽ ait. Neq3 facilius ab inimico deijcimur q̃ cũ supbiendo eũ imitamur: nec vehementius eũ psternim⁹ q̃ cũ humilitatẽ dñi sequimur: nec acriores ei dolores infligimus q̃ cũ pctõrũ nostroꝝ plagas ꝯfitẽdo ⁊ penitẽdo sanam⁹. Et i. iij. li. de verbis domini sermone. xij. ait. Cognosce te infirmũ: cognosce te pctõrem: cognosce te hoĩem: cognosce te q: te viuificauit. Cognosce q: maculosus es: appareat in ꝯfessione tua macula cordis tui: ⁊ ptinebis ad gregem Xp̃i. Hec ille. Nõ 3 faciũt quidã velut supbi locupletes q̀ sine vlla humilitate ad cõfessionẽ accedunt: qui in ore pharisei magis se laudare q̃ accusare contendũt. Et iõ grãz remissionis ⁊ recõciliationis in ꝯfessiõe minime recipiunt q: Jaco. iiij. dr̃. Deus resistit sup. hu. aũt dat gratiaz. Et in ps. Cor contritum ⁊ humiliatum deus non despicies: q̃si. d. supbum sic. Sicut enim mulier que offendit viꝝ ⁊ post indulgentiam vultũ eius quasi intueri nõ audet ita similiter aĩa sponsa dei: iuxta illud spõsabo te mihi in fide Osee. ij. que mortali culpa deũ offendit humiliter coraz eius vicario

vicario pctā sua cōfiteri debet: precipue cum sibi dn̄s Hiere. iij. dicat. Tu aūt fornicata es cū am. m. añ. re. ad me. s. humiliter dicit domin⁹: ꝛ ego su. te. sicut suscepi Dauid: publicanū: zacheū: Magdalenam cananeā: latronē: ꝛ alios multos ad me venientes de quibus longū est dicere: q₂ qui se exaltat humiliabitur ꝛ qui se humiliabit exaltabit. Luce. xiiij. Hāc aūt humilitatez penitens ōndere debet corde: ore: ꝛ ope. ¶ Primo corde suoꝝ peccatoꝝ magnitudinē cōsiderando cogitando quibus peccatis tot vicib⁹ seipꝫ penis inferni dānauit: quot vicibus deū mortaliter offendere nō timuit: a quib⁹ penis etiā si suis lachrymis aliud mare faceret sine misericordia dei se liberare nō posset. Et iō se debet humiliare ꝛ cū propheta dicere. Miserere mei de⁹ s꜃ magnam misericordiam tuā. ¶ Secūdo ore. Nā humilitas oris signū est humilitatis cordis: vnde Mat. xij. Bon⁹ hō de bono thesauro: cordis suis ꝓfert bona. Et ita. Ex abūdantia cordis os loquitur. ¶ Ultimo vo hoc faciat ope vt se in manu sacerdotis collocet nihil relinquens sui. Unde Aug. ait: Añ ipsum humiliter in terra genua ponat: stet sine caputio ꝛ alia signa humilitatis oñdat: sicut a perito ꝛ discreto ꝯfessore breuiter addiscere poterit. hec oīa fere Jo. de au. ri. his vbis que de pe. di. i. notant. e. si cui cōplectitur di. Penitētia perfecta cogit pctōrem oīa libenter sufferre. In corde eniꝫ eius contritio: in ore cōfessio: in opere tota humilitas: hec est fructifera pnīa Hec ille. Ideo si sic humiliter cōfessus fuerit misericordiam cōsequetur a deo: sicut illa mulier ad monitionē fratris humiliter confessa misericordiam consecuta est: de qua legitur in cronicis fratrum minorum: ꝙ cū eēt deuota ꝛ amica ipsorum fratrū eisdem sepe ꝛ sepius sua pctā ꝯfitebat: vno pctō turpissimo deteto qḋ ꝓposuerat nunꝗ̄ ꝯfiteri ꝑ verecundia: dicebat tn̄: Ego tibi ieiunabo ꝛ orabo et elemosynas dabo ꝙ dn̄s mi serebit mei que omnia cum diu fecisset: tamen dn̄o volente: quidam frater minor venit ad domum eius visitare eam: quam cū nō videret in camera sua prospexit ꝛ vidit eam in loco alio orantem ꝛ plorantem: sed vidit demonem super humeruꝫ ei⁹ ridentem ꝛ eam suffocare volentez: sed dominus Jesus xp̄s non permittebat q₂ eam misericorditer expectabat. Dict⁹ vo frater non modicum expauescens fecit eam ad se vocari dicendo ei: Charissima domina non habeatis ꝓ malo quod dicam vobis. Cui domina: Dicatis secure cui frater: Credo ꝙ non estis bene confessa de peccatis vestris: quia sic ꝛ sic vidi vos essetis in oratione ꝛ narrauit ei totum quod viderat: que continuo illi fratri humiliter confessa est cuꝫ lachrymis ꝛ vera contritione ꝛ liberata est a demone: ꝛ semper perseuerauit postea in bono opere vsqꝫ ad mortez. Timeamus ergo ne pre verecundia aliquod peccatū abscondituм teneamus: sed integre celeriter ꝛ humiliter scelera in nostra ꝯfessiōe detergam⁹: vt mūdati ꝛ purgati mereamur in presenti consequi gratiam ꝛ in futuro gliam. Amen.

¶ Feria secunda post quartaꝫ dominicam in quadragesima. De sigillo ꝯfessionis quo ad tria genera personarum.

Sermo. lxviij.

ZElus domus tue comedit me. Scribunt hec verba Jo. ij. Cōcludūt doc. fres charissimi maxie Bon. in. iiij. dist. xvij. parte secunda. arti. i. q. iij. ꝛ Alexander vbi. s. ꝙ confessio debet fieri in secreto ꝛ nō in publico triplici ratione. Primo ratione scandali vitandi ex parte populi. Si. n. fieret publica confessio peccatorum frequenter incurrerent confitentes contemptū similiter ꝛ odium: ꝛ qñqꝫ capitale dispendium: ꝛ ex hoc infinita mala oriēt ꝛ rixe ꝛ discordie ꝛ infamie: vnde si oporteret publice confiteri nullus auderet ꝓ

pter predicta. Secūdo rōne fori: q: ꝯfes sio fit in foro ꝯscie qḋ est fox reconciliationis in quo manifestant pctā sacerdoti ñ vt manifestent sed vt deleant ⁊ occultentur. Nam manifestantur ēt sacerdoti pctā vi deo ad testimoniū ꝯscie interne: ⁊ iō vt hō totā ꝯsciam suam reuelet hōi tanq̄ deo. ℏ solus sacerdos dꝫ admitti g tenet locū xpī. vnde in. c. oīs. ait Inno. Oīs sua pctā solus semel in anno cōfiteatur ⁊c. Tertio rōne finis intenti: q2 hoc pceptū ex charitate institutū est: sed vt dicit Ber. in li. de dispēsatione. Qḋ ex charitate institutū est ꝯ charitatē militare nō debet. Cū igitur manifestatio pcti aliquib⁹ sit occasio labēdi: multis supbiēdi ⁊ cū pctō rem ꝯtemnēdi: ergo non dꝫ multis manifestari. Idcirco Xp̄s in verbis ꝑpositis hanc institutionē ex charitate factā ꝯdit di. zelus dom⁹ tue co. m. ℏ nō solū instituit confessionē secrete fieri sed ēt occultam teneri quo ad oēs: ⁊ q̄tum ad p̄sens spectat quo ad tres conditiones personaꝝ. Primo quo ad confessores. Secūdo quo ad incidenter audientes. Tertio quo ad ipsos peccata cōfitentes.

℄ Paro prima huius sermōis in qua declaratur q̄ cōfessio debet eē secreta q̄ ad confessores.

sui delinquenti in se debita non relaxat: quod triplex malum dum a se vnusquisqz studiosus abstraxerit securus studio orationis incumbat: et ea que petit precibus se impetrare libera mente confidat. Concludo ergo quod iustus et peccator orare possunt et exaudiuntur: sed aliter et aliter. Unde Jo.an. et beatus Tho.vbi.s.dicunt: quod peccator exauditur non obstantibus predictis impedimentis: sed obseruatis conditionibus debitis: de quibus statim dicetur: non quidem ex iusticia: quia peccator hoc quod impetrat non meretur. sed ex pura misericordia. Justus autem secundum eundem Tho.vbi s.ar.xv. Exauditur a deo ex iusticia: quia oratio iusti.triplicem habet efficaciam: consolandi.s.impetrandi: et merendi. Prio habet efficaciam consolandi inquantum oratio specialem consolationem presentialiter confert menti. Secundo oratio iusti habet efficaciam impetrandi. et hoc ex gratia dei: qui nos ad orandum inducit. Unde Augu.in li.de verbis domini ait. Non tantum hortaretur vt peteremus nisi dare vellet. Tertio habet efficaciam merendi: inquantum ex charitatis radice procedit. Nam obiectum charitatis est bonum eternum: cuius fruitionem virtute charitatis meremur. Unde sicut quilibet actus virtutis habet virtutem merendi ex charitate sic et oratio que est actus religionis. Accedant ergo ad orationem iusti et mali: petant et accipiant: quia Chriso.sup Math. ait. Omnis qui petit accipit: siue iustus sit siue peccator. Et sic patet pars prima.

¶ Pars secunda huius sermonis in qua declaratur vtrum existens in mortali orans peccet.

Secundo quando queritur: Si existens in mortali orans peccet ex precibus: patet quod non absolute loquendo. Unde Eccle.xxi.scribitur. Fili peccasti ne adiicias iterum: sed de preteritis deprecare vt tibi dimittantur. Et ideo Alex.de ales vbi.s.ait: quod non omnis oratio existentis in mortali est peccatum: sed quedam sic et quedam non.i.existens in mortali orando: quandoqz peccat quandoqz non.

¶ Ad cuius euidentiam notandum est: quod .v. de causis peccat qui orat in mortali. Prima est quando orat vel petit illicitum: iuxta illud Ps. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet dominus. Et Ja.iiij. Petitis et non accipitis: eo quod male petatis vt in concupiscentiis vestris vtatis. Secunda est quando oratio procedit ex presumptione: vt cum aliquis se digniorem reputat ceteris exaudiri. Et talis oratio significata est in facto. Ozie Qui voluit adolere incensum super altare timiamatis.ij. Para.xxvj. Tertia est quando oratio fit ex hypochrisi: iuxta illud Math.vi. Cum oratis non eritis sicut hypochrite tristes: qui amant primas cathedras in synagogis et in platharum angulis stantes orare vt videantur ab hominibus. Quarta est: quando fit ex amore pecunie vel ex vitio glorie: iuxta illud Math.xxiij. Ue vobis scribe et pharisei hypochrite qui comeditis domos viduarum longa oratione orantes. Unde glo.ibidem ait. Ue vobis qui vestra superstitione nihil intenditis nisi vt predam de substantia plebis faciatis. Quinta est cum ex oratione oritur scandalum: vt in notorio peccatore. Unde in Ps. peccatori dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas? ¶ Concludit ergo quod oratio peccatoris exceptis predictis causis bona est et non mala. Quod si contradicatur sic. Eccle.xxxiiij.scribitur. Non sunt beneplacite deo subsannationes iniustorum: sed oratio eius qui scit se in mortali esse subsannatio videtur quia ex vna parte honorat deum inquantum orat: et ex alia inhonorat per peccatum iuxta illud Ro.ij. Per preuaricationem legis deum inhonoras: ergo etc. Ad hoc Re. quod non omnis oratio existentis in mortali est subsannatio: Cum enim aliquis humiliter et deuote quantum permittit status peccati orat deum talis oratio non est subsannatio. sed honoratur deus per illam: nec ex alia parte exhonoratur: quia peccatum orantis quodammodo per orationem humilem aptius fit ad indulgendum cessat enim augmentatio peccatorum

dum peccator bonis operibus intendit. Et sic pz pars secunda.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declarat. q quattuor in oratione requiruntur ad hoc q oratio exaudiatur.

Ertio sciendū est sm Alex. vbi s. t Boñ. in. iij. di. iiij. t Ricar. ibidem. ar. iij. q. i. Et in. iiij. dist. xv. ar. iiii. q. vij. t tho. sa. se. q. lxxxiij. ar. vi. Qd quattuor conditiones requirunt in oratione ad hoc q sit exaudibilis. s. q fiat pro se de necessarijs ad salutem pie t perseueranter. ¶ Prima conditio que requiritur ad hoc q oratio exaudiat est q fiat pro se. non eni potest homo vitaz eternā ex cōdigno alteri promereri: nec per consequens ea que pertinēt ad ipsaz proinde nō semp homo pro altero exaudit. Cuius rōnez assignat Alex. vbi sup tam ex parte eius qui petit q̄ ex pte eius pro q̄ petit. Ex parte eni ei' qui petit probatur sic super illud ps. Exultate iusti in dño: ergo habet hec regula in glo. Recti sunt qui dirigunt cor suū sm voluntatem dei. ex qua sic arguit. Justus ex eo q iustus est tenet conformare voluntatem sua voluntati diuine in his que scit velle deū. Et intelligendū est illud nō solum in volito: sed etiam in conditione siue causa t modo. Nam iudas voluit xp̄m tradi. t de' similiter sed non eadez ꝯditione t cā. Si ergo petit pro alio debet petere quod vult deus t q̄ñ vult t ex qua causa vult: aliter eniz iustus siue rectus non esset in volendo: qr ergo iustus dum est in via nescit voluntatez dei maxime petendo pro alio: petit multotiens vel quod non vult deus: aut etiā nō eodem modo siue causa: t ex hoc est q non semper exaudit petens pro alio: aut quia ignorat dei voluntatem credēs deum velle quod non vult: non tamen frustratur a merito: imo plerūqz mulū meret. sz frustratā intendit ab obtinendo. Vñ Hiero. sup Hiere. ait. Frustra rogat qs ꝓ alio cū ille ꝯmeret. Ex parte etiaz ei' ꝓ q̄ petit idē ꝓbat sic. Cū eni orat qs ꝓ se proculdubio pōt se facere talē cū diuino adiutorio vt nō sit aliquid qd impediat sue ofonis effectū. Cū aūt orat pro alio quantūcunqz faciat qd in se est pro illo ꝓ quo orat: ille tñ ꝓ quo orat nō faciat se talē ita q ofo non impediat: imo obstaculū ponat: q orōs ab ipso nō poterit amouere: tūc frustra ꝓ ipso oratur: nō bñ sonāt p̄dicta verba Hiero. t etiā Aug. sup Jo. sic di. Exaudiunt oēs sancti ꝓ seipsis nō aūt ꝓ oib' amicis t inimicis: qr nō a dño dictū est. Si quid petieritis patrē in noīe meo dabit sed ait. dabit vobis. notādū tñ q cum petit spirituale t ad salutez plus exaudit hō pro se vt pz ex dictis cū aū petit temporale pl' exaudit pro alijs t causa eius est: qr cuz qs petit temporale pro se timendū ē qd frequenter accidit ne. s. inordinat' affect' moueat ad petendū. Et ideo frequēter ibi decipiunt iusti cui' modi deceptio cadere in petitione spūaliuz nō pōt. Cū aūt petit tpalia pro alio: tunc non ita frequenter cadit inordinat' affectus: qr hoc magis ꝓuenit ex charitate t cōpassione q̄ ex carnalitate. Secūda conditio que requirit ad hoc q oratio nostra sit exaudibilis est: q fiat ꝓ necessarijs ad salutem. Huius ratio assignatur duplex sm Alex. de ales vbi. s. Prima est q illud solū in petendo diuine cōplaceat voluntati. sicut plane dr. i. Jo. vi. Quecūqz petierimus sm voluntatē eius audiet nos vbi glo. ait. Si volunt' nostrā salutē t ꝓximorū: nō discordem' a voluntate dei Sz si voluntas nostra per ignorantiam a voluntate dei recedit bona voluntas dei nostrā stultaz corrigit: vt in apostolo paulo ꝯtigit. hec glo. Alia rō est qr illud solū ꝯgruit hūane dignitati: t hoc dat itelligere Damascen' qñ dicit: q oratio est petitio decentiū a deo: excludens oē transitoriū t caducū: solū saluiferū inuēdo t appellat ibi saluiferū nō soluz regnū celeste sed oē id per qd ad regnuz peruenit: de quibus dicet. j. qñ tractabit de ofonis ꝯuenienti petitione: vbi etiaz videbit si peti debent tpalia vel nō. Nō autē quare

tatē quare solū congruit humane digni
tati petere necessaria ad salutem hec est:
q: quod petit illius qui petit dz esse per/
fectiuū: solum autē bonum gratie ꝛ glo
rie est hmōi: q: nullum tpale spū huma
no est excellenti⁹: ergo nec perfectiuum
ergo. ꝛc. Et idō saluator hoc innuens Jo.
xvi. dixit. Si qd petieritis ꝛc. si quid aīt
id est aliquid: dans intelligere q̄ nō de/
bem⁹ petere tpalia nisi eo modo quo di
cet. j. Sz spiritualia semp ꝛ eterna: quia
tpalia nihil sunt respectiue. s. ad eterna.
Et q̄ iste sit sensus euangelicus pz: quia
sequit. Ut gaudiū vestrū impleat: Hinc
est q̄ petendo tpalia non semper exaudi
mur: q: quandoqz sunt ɔtra saluti nr̄e.
Un̄ Raban⁹ super Math. ait. Quoti
enscunqz petentes non exaudimur: idō fit
q: illa ɔ auxiliū nostre salutis petimus.
hec ille. Et idō. C. de pci. impe. offe. l. nec
damnosa. dr̄ q̄ nulle preces sunt audiē
de nec imperatori offerēde nisi rōnabi/
les. ¶ Tertia conditio que requirit i ora
tione est q̄ fiat pie in quo v̄bo oēs con
ditiones que requirunt ex parte orantis
inquantum est orans plenius includun
tur. s. q̄ oret fideliter: humiliter: ꝛ feruē
ter. Primo q̄ oret fideliter: iuxt illō Ja
co. i. Postulet in fide nihil hesitās. Un̄
ber. ait. Indignus celesti benedictiōe eē
conuincit qui deuz dubio querit affectu
quando fidelis humilis ꝛ feruens ora/
tio fuerit: celū sine dubio penetrabit. Et
Aug. li. ij. questionum euangeliorum. q.
i. ait. Nemo orat accipere quod se acce/
pturum esse desperat. Et super euange/
listam ad Ro. ppositione. xlv. idem ait
Nos quidē oramus ꝛ sicut oportet ne
scimus duas ob res q̄ illud quod fu//
turum speramus ꝛ in quo tendim⁹ nū/
duz apparet: ꝛ in hac ipsa via multa pūt
nobis prospera videri que aduersa sunt
ꝛ aduersa que prospera. Hec ille. Secū
do q̄ oret humiliter. exemplo illius qui
vult petere aliquid a domino terreno: vel
iudice: exemplo etiam libertorum q̄ ma
gnaz reuerentiam tenent suis manumis
soribus in omnibus exhibere. C. d i ius
vo. l. i. Unde. xxxv. Ecclesiastici dr̄. Ora
tio humiliantis se nubes penetrat. ꝛ Ju
dith. ix. Humilium ꝛ mansuetorū sem
per tibi placuit deprecatio: iuxta illō ps̄o
Respexit in oratione humilium ꝛ non
spre. pre. eo. Propterea ait Augu. super
Jo. iij. sermone Munda cubiculū cor
dis vbicunqz fueris: vbicunqz oraueris
intus est qui exaudiet. Nam qui te exau
dit nō est preter te: non lōge vadis: nō
te extollas quasi attingas ad illum: ma/
gis si te extuleris cades: si te humiliabis
ipse appropinquabit tibi. Tertio q̄ oret fer
uenter. q: sm̄ Augu. dignior sequit effe/
ctus quanto feruentior precedit affectus
Unde Chriso. super Math. ait Peten
tis negligentia reprehenditur vbi de dā
tis misericordia non dubitat. ¶ Quar/
ta conditio que requirit in oratione ē q̄
fiat perseuerāter: q: qd̄ differt nō aufert
Unde Aug. super Jo. ait Quedam nō
negantur: sed vt congruo tempore den
tur differunt. Unde Luce. xi. ait saluator
Quis vestrum habebit amicum ꝛ ibit
ad illum media nocte ꝛ dicet illi. Amice
comoda mihi tres panes: quoniaz ami
cus meus venit ad me de via ꝛ non ha/
beo quod ponam ante illum: ꝛ si ille de
intus respondens dicat. Noli mihi mo
lestus esse: iam hostiū clausum est ꝛ pue
ri mecum sunt in cubili: non possum sur
gere ꝛ dare tibi. Et ille si perseuerauerit
pulsans: dico vobis ꝛ si nō dabit illi sur
gens eo q̄ amicus sit: propter importu
nitatem tamen eius surget Et dabit illi
quotquot habet necessarios. Et ego di/
co vobis: petite ꝛ dabitur vobis: queri/
te ꝛ inuenietis: pulsate ꝛ aperietur vo//
bis. Hec ibi. Ratio autem quare sic
deus differt exaudire petitionem oran/
tis assignatur quincuplex sm̄ Thomam
vbi supra. Prima est vt crescat eius qd̄
petitur desideriuz. iuxta illud Gregorij
Desideria dilatione crescunt: Secun//
da est vt donum sit gratius ꝛ acceptius
Juxta illud Senece: Quod gratum vis
habere raro effice. Tertia est vt melius
custodiatur illatum: quia sm̄ August. ꝛ

Grego. Facilitas venie incentiuum tribuit delinquendi. Quarta est vt melius purgetur cor prauum: iuxta illud Greg. Differendo cruciat et cruciando purgat. Quinta est vt consideret grauem morbum iuxta illud Grego. Tunc se expediri nititur tunc veraciter conspicit quod durie nexibus retinetur: pro quibus quasi omnibus ait Hiero. Si tamen egrotus estuans febribus aquam frigidam postulet et dicat ad medicum: Heu pastor: crucior: vt rorerantinos: vsquequo me dice clamabo et non exaudies? Respondeat sapientissimus et clementissimus medicus. Scio quo tempore debeam dare quod postulas: non misereor modo: quia misericordia ista crudelitas est: et voluntas tua contra te petit. Ita et dominus noster sciens clementie sue pondera atque mensuras interdum non exaudiet clamantem vt probet eum et magis prouocet ad rogandum et quasi igne excoctum iustiorem et puriorem faciat. Hec ille. Istis ergo conditionibus precurrentibus orationem et quod quis impetrabis in hoc mundo per gratiam. Amen.

¶ Feria quinta post quartam dominicam in quadragesima. de obiecto orationis. Sermo. lxxi.

Edit illus matri sue. Scribuntur hec vba Luce. vij. c. Quauis. f. C. rogare possimus sanctos vt orent deum pro nobis et suis meritis aliqua nobis impetrent. Hoc patet in pphetia odierna. iiij. Reg. iiij. de sunamitide que impetrauit per Elyseum suscitationem filij sui mortui: attamen solus deus est orandus tanquam exauditor quia ipse solus miseretur et comodat vt patet in euangelio presenti euangelium in quo habetur quod cum Iesu in ciuitate que dicitur Naym: que est iuxta mare galilee: quod vidi: erant cum eo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis ecce defunctus efferebat filius vnicus matris sue. et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa: quam cum vidisset Iesus super eam: et homo: misericordia motus super eam: quia misericors est et in suo dixit illi. Noli flere: et accessit et tetigit loculum: hi autem qui portabant steterunt: et ait. Adolescens tibi dico surge: et resedit qui erat mortuus et cepit log. Et vt dicunt verba proposita dedit illum matri sue sanum et viuum: quia ipse solus potens est mortificare et viuificare. percutere et sanare. Postquam igitur in precedenti sermone tractatum est qualiter orator debet esse dispositus: Hic consequenter tractandum est de obiecto orationis cui. s. oratio fieri debeat. Et aduertendum quod triplex obiectum orationis nostre reperitur. Primum dicitur exauditionis. Secundum dicitur meditationis. Tertium autem impetrationis.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur quod ipse deus pater videlicet filius et spiritus sanctus sit principale obiectum nostre orationis.

Primo igitur in isto sermone aduertendum est quod ipse deus. s. pater et fi. et s. s. est principale obiectum nostre exauditionis. Vnde Hugo de virtute orandi dicit. Obiectum orationis est summe potens: summe sapiens: summe bonum ad quorum declarationem tres conclusiones distinguit. Prima est quod deus est orandus. Secunda quod secundum quid solus est orandus. Tertia quod non absolute sed relatiue est orandus. Prima conclusio sic declaratur secundum Alex. de al'vbi. s. Orandus enim est deus et venerandus: quia ipsum amare et venerari dignum est: vtile et necessarium. Dignum est propter eius maiestatem et bonitatem: vtile est propter super nam obtinendam felicitatem: necessarium propter vitandam eternam calamitatem. Ita his eisdem rationibus orandus est deus: quia deum orare dignum est propter eius bonitatem et maiestatem quia ipse est alpha et o: principium et finis: principium collatiuum et consummatiuum omnium charismatum spiritualium: vtpote a quo est

quo est fluentia omnis boni: ⁊ finis ad
quem est ordinatio ⁊ regressio eiusdē bo
ni: ideo rōnalis creatura dꝫ ipsuꝫ hono
rare vt principium a quo exiens: ⁊ vt fi
nem ad quem rediens. Honorat autem
ipsum vt principium ⁊ datoreꝫ gratie in
desiderio orationis pro ipsis suscipiēdis
honorat vt finem in redditione laudis ⁊
gratiarum actione pro acceptis. Vti-
le est etiam orare deuꝫ: quia hoc ipso ꝙ
mens orat exercet se ad desideriuꝫ quod
mentem purgat supra se eleuat ⁊ dilatat
Unde Aug. ait. Dilata desiderium tuuꝫ
qꝛ magnū est qđ tibi vult dare. s. gratiā ꝫ
Necessarium est etiā orare: qꝛ ꝗ diu su-
mus in hoc statu nec a peccato resurge
re nec peccatū vitare nec opa bona pos-
sumus facere nisi eius adiutorio: ⁊ quia
sine istis cadimus in calamitatem eter-
nam: ideo necessarium est deū orare vt
sua gratia in his omnibus adiuuemur.
Unde inter oēs actus nostros sūme no-
bis necessarium est orare vt patebit in-
fra qn̄ dicet de orationis occasione ⁊ in
ductione in principio. ¶ Secunda con
clusio sic declarat ꝫm Alex. de ales vbi
s. ⁊ beatuꝫ. Tho. 2a. 2e. q. lxxxiij. ar. iiij. ⁊
Ric. in. iiij. di. v. ar. iiij. q. iij. Orare ē act⁹
latrie inquātū dicit honorem testifican-
tem in ipso sūmum dominiū inquantuꝫ
ipse est solus creationis principiū ⁊ con
seruationis. Nam latria nihil aliud ē ꝗ
deum corde confiteri solum oipotenteꝫ
⁊ creatorem ⁊ datorem omniū bonorū
reuerentia exteriori protestante: sed illa
que querimus in oratione non potest ali
us dare ꝗ deus: qꝛ in oratione petenda
sunt gratia ⁊ gloria ⁊ etiam temporalia
que eo modo quo in oratione petēde sūt
inꝗtum nobis deseruiunt ad acquisitio
nem virtutis ⁊ a solo deo dari possunt.
Cū igit̄ homo qn̄ orat deū aliquid petit
a deo quo in ipsū ordinet: sicut in suorꝫ
bonorū principalē auctoreꝫ sibi exhibet
honorem protestantem in eo summum
dominiū: ⁊ sic adorat adoratione latrie:
sed ista oratio siue protestatio nulli debe
t. postulando aliquid tanꝗ per ipsū ad-
implendum. Et ideo solus deus dr̄ ob-
iectū exauditiōis. Hinc est ꝙ dicit Au-
gu. in li. Enchiri. xviij. c. Non nisi a do-
mino petere debemus quicquid spera-
mus nos vel bonum operaturos: vel ꝓ
bonis operib⁹ adepturos. Et in li. đ orā
do deo idē ipse ait ad probam. Audi qđ
ores ora beatam vitam. hanc enim om-
nes habere volunt. Hec ille. Hoc ideꝫ
affirmat Ansel. in li. monologion dicēs.
Quid aliud aliqd pro sua dignitate orā-
dum vel venerandum: ⁊ ꝓ qualibet re
deprecādū quā sūme bonū ⁊ potēs spūs
q. d. nihil. ⁊ ita ibidem in fine ait. Liqui
distinzū est hunc solum esse quē ois alia
nā ꝫm totū suū posse dꝫ diligendo vene
rari ⁊ venerando diligere: de q̊ solo pros
pera sunt speranda: ad quem solū ab ad
uersis est fugiendū: cui soli pro quauis
re est supplicādū. Hec ille. ¶ Tertia cō
clusio sic declarat ꝫm Alex. s. ꝙ orādus
est deus in directione orationis poti⁹ ad
personā quā ad essentiā: qđ pꝫ ꝫm ꝯsue-
tum modū ecclie. Essentia eni dr̄ in oi-
moda indistinctione ⁊ absolutiōe ſꝫ ora
tio respicit illud quod est in relatione: res
picit eni ipsū deū vt potentē: vt misericor
dem ⁊ beniuolum: qꝛ vt dictū est. s. ꝫm
Huge. Orās credit potētiā: sperat mīaꝫ
diligit custodiā: qua propter rectius ⁊ or
dinati⁹ dirigunt orōnes ad personaꝫ ꝗ
ad essentiam. Preterea eadē est potētia
⁊ eadem sapia eadē bonitas vni⁹ cuiusqꝫ
persone: ⁊ ipsi⁹ trinitatis cui⁹ veritas eui
denti⁹ oñdit in directiōe orōnis ad pso
nas distīctas ꝗ ad illas i trinitate ꝯphē
sas ꝓrio in directione oratiōis ad tres p
sonas magis excitat deuotio orantis ꝓ-
pter appropriata ⁊ etiā proprietates ipsa
rum ꝗ excitaret in directione ad vnam
vtpote ad patreꝫ: vnde in directione ad
tres accidit maior vtilitas ꝗ in directio
ne ad solum patrē. Modus ergo ecclie
quē hꝫ in directione orōnum que dicun
tur collecte est maioris congruitatis ne-
cessitatis ⁊ vtilitatis ꝗ si dirigerent ad

ad personā patris tantum : ⁊ sic pꝫ pars
prima.
¶ Pars secunda huius sermonis de
alio obiecto nostre orationis qḋ dicitur
obiectum meditationis.

S Ecundo tractandū est de obie
cto orationis qḋ dr̄ meditatio/
nis qḋ ꝫm theologos ē xp̄s qui
sic solus est orandus : qꝛ ipse velut hō i/
petrat: vt ait Ber. ⁊ velut deꝰ exaudit ⁊
iplet: ⁊ iō ipsi pōt indifferēter orō fieri:
qꝛ deus est ⁊ hō: sꝫ tn̄ hat ei inq̄ꝫtū solus
hō est: qꝛ sic non dꝫ adorari adoratione
latrie: tunc nō est obiectū exauditiōis sꝫ
mediationis siue impetratiōis. Qḋ si di
cas. Et ecclia orando xp̄m dicit. Xp̄e fili
dei viui mise. nobis. ⁊ nō dicit ora ꝓ no
bis: cū tn̄ xp̄s sit nomē humanitatis: qꝛ
idē est xp̄s qḋ vnctus : sed solū fuit v n/
ctus ꝫm humanitatē ergo ⁊c. Ad hoc rn̄
deo ꝫm Boñ. in. iiij. di. xv. Quod fit ꝓ
pter errorē Arriani vitandum ne videa
mur xp̄m credere purā creaturā vt ipsū
ipse credebat: ⁊ ne videamur eiꝰ ptātē
minuere qua omnia potest. Et iō eiꝰ pe/
timus miserationē non orōnem. Nam
in euangelio hodierno dicit qꝛ misericor
dia motus super eam : sed tunc intentio
nostra dirigi debet ad diuinitatē: ⁊ sic pꝫ
quid sit obiectum mediationis. Sꝫ cir/
ca predicta oꝛit vnum paruū dubiuꝫ. s.
quare in fine orationū additur per. do.
no. ie. xp̄m. Respondeo. ꝫm Alex. vbi
s. qꝛ hoc est qꝛ per ipsū diuina beneficia
ad nos decurrunt qui est mediator dei ⁊
hoium. Hō xp̄s Iesus. i. Thi. ij. p illuꝫ
eni exaudiunt preces fideliū qui in die/
bus carnis sue pces supplicationesq̄ꝫ ad
deū qui posset illū saluum facere a mor/
te cum clamore valido ⁊ lachrymis offe
rens exauditus est ꝓ sua reuerentia ad
Heb. v. Sed hec rō nec patri nec spūi
sctō conuenit pp qḋ nō dꝫ addi in finibꝰ
orōnum per dominum patrē vel per do
minū. s. s. sed per do. no. ie. xp̄m. ⁊ sic pꝫ
pars secunda.
¶ Pars tertia huius sermonis de ter/
tio orationis obiecto quod dicitur impe
tratiōis quo possumus omnes sanctos
orare.

T Ertio tractandū est de alio ob/
iecto orationis qḋ dr̄ impetra/
tionis: de quo dicunt oēs theo/
logi ꝙ sic possumus orare oēs sanctos.
vn̄ Iob. v. dr̄. Ad aliquē sanctoruꝫ con
uertere. ⁊ iō ait Alexan. vbi. s. ⁊ Boñ. in
iiij. di. xlv. ar. iij. q. iij. Qḋ deus voluit vt
sanctos rogaremus quadruplici rañōe:
¶ Primo ratione nostri pp. s. nostram
inopiā in merēdo: vt vbi nr̄a nō suppe/
tunt merita patrocinent aliena. Et etiaꝫ
in contēplando vt q nō possumꝰ sūmaꝫ
lucē in se aspicere eā in suis sanctis ꝯtē/
plemur. Et etiā in amādo: qꝛ plerīq̄ꝫ no/
struꝫ magis afficiunt aliqñ circa aliquē
sanctū q̄ꝫ circa ipsū dn̄m. Et iō ꝯpassus
nostre miserie deus vult ꝙ oremus san
ctos. ¶ Secundo hoc voluit deꝰ rōne
glorie sanctorū: qꝛ eni vult sanctos suos
glorificare: facit plerunq̄ꝫ propter ipsos
miracula i corporibus ⁊ salutē in aiabꝰ
vt ipsos laudemꝰ ⁊ glorificemꝰ. ¶ Ter/
tio hoc voluit. rōne reuerētie suipsiꝰ: vt
pctōr qui deū offendit: qꝛ non audet de
um in ꝓpria persona adire recurrat ad
sanctos eorū patrociniū iplorādo : sicut
fecit centurio Luc. vij. q misit seruos iu/
deorū ad rogandū xp̄m pro sanatione
serui sui. ¶ Quarto hoc voluit rōne or
dinis vniuersi. Nam cū diuinorꝫ charis
matū sit descensus per sanctos ad nos:
congruū est vt ascensus noster quo nos
mouemur siue reducimur ad deuꝫ fiat
ipsis sanctis quasi mediatoribus ⁊ aduo
catis nostris: qꝛ ꝫm Diony. Postrema
redeūt ad principium per media: proin
de est ꝙ sanctos conuenienter oramus
⁊ vtiliter . vnde Augustinus libro sup/
putationū ptc. ij. c. ij. Hortatur nos san
ctos orare . d. Orate dn̄m pijssimi. Ora/
te oia agmina beatorum ⁊ vniuersus ce
tus sanctorū: vt vestris precibus ⁊ meri
tis adiuti saluiq̄ꝫ integris visceribus per
uenire mereamur ad portū perpetue sa
lutis ⁊ quietis ⁊ continue pacis ⁊ nunq̄ꝫ
finiende securitatis. hec ille. ¶ Sed ad
maiorem

tur. Prima q sancti angeli offerut oro nes nostras deo. Secunda q sci pro no bis orant in patria. Tertia q pro nobis orando semp aliqd impetrēt. ¶ Prima cōclusio sic declarat fm Alex. vbi.s.qui ait. Nō q̃uis de⁹ sciat añq̃ petat qd no bis necessariū sit: tñ sancti angeli nostri sūt aduocati τ mediatores p nobis orādo τ preces nras apud deū recitando: nō q de⁹ indigeat s3 propter nram vtilitatē. Unde Apoc.v. Ascendit fum⁹ incensorū de orōnibus sanctorū de manu angeli corā dño. τ Tobie.xij. dixit angelus ad eū. Qñ orabas cū lachrymis τ sepeliebas mortuos ϛc. obtuli orōnē tuā3 dño. τ id Ber. super Can. sermone.vij. Portat nos orare cū reuerētia pp ipos angelos di. Ea ppter attēdite principes vestros cū statis ad orādū τ psallendu3 state cū reuerētia τ disciplina τ gloria mini: q2 angeli vri quotidie vidēt faciē patris. Nimirū missi in ministeriū ppter nos q hereditatē capiu⁹ salutis deuotionē nostrā in supna ferūt τ gratias referūt hec ille. Nō si id querat. Quid ē offerre orones deo? Est ne idē q orare deū pro illis quoȝ dicunt orōnes offerre. vel aliud. Rñdet. fm Aler. Nō hec oia referre ad deum .s. q ipse angelus pstulatū ipsi aieu facerat qd orauit q fieret τ q̃ cō gratulabat. q ipsa orō est accepta deo: hoc est offerre eam deo. Sensus est ergo angelus offert oratione iusti deo: hoc est orōni facte τ deo accepte congratulando q3 adesse: τ dine virtuti siue operationi q̃ in ol opere meritorio intime operat complacendo ipsā ei attribuere: τ sic ps prima conclusio. ¶ Secunda cōclusio sic declarat fm Bon. vbi.s.q.i.trib⁹ rationibus. Primo ppter necessitatē3: q2 nos indigemus ab eis releuari τ ideo pro nobis orant. Secundo propter sanctorū charitatē quia sancti diligunt nos ex charitate. ergo optant τ desiderant salutem nostram: τ constat q sciunt illa3 loquuntur deo deliuero τorutu ... uel desiderio signo vel nutu mentali: vnde glo. sup illud Job.i. Unde venis sathan sic ait. Anime loquuntur deo per desideria nunq̃ a deo discordantia. Et Augu. de cura agenda pro mortuis sic ait. Sancti orant pro nobis in voto.i. in desiderio: ergo ϛc. Tertio ppter dei voluntate3 q̃ vult q vnū membrū aliud releuet: τ q pro inuicē sollicita sint membra: τ id cū ipsi sint liberati debeant etiā alios adiuuare: Nō si querat quō possunt sci scire nos ipsos orare: cum Aug. dicat in li. de cura agenda pro mortuis: Ubi sunt spiritus defunctoȝ non vident quecūq̃ agūtur i hac vita ab hoibus. Et hoc est etiā dictū theologorū in.iiij.di.so. Nō anime nihil vident de his que fiunt in isto mundo certitudinaliter nisi per reuelationē. Quomodo ergo sciūt q nos oremus ipsos τ maxime quando oratio est in mente: quomodo vidēt affectiō cordis nostri? Rñdet Ric. in.iiij.di.xv.ar. iiij.q.iij. In rñsione tertij argumenti di. Nō q̃uis aie sanctorū naturali cognitione nō cognoscāt oia que agūt in hac vita τ maxime interiores motus cordis in verbo: tamen vident τ que decet nos de nostris actib⁹ cognoscere: de quoru3 numero sunt illi act⁹ qbus eos honoramus orando: vbi ait Aug. vbi.s. Quod orones nostre innotescūt beatis tribus modis.s. reuelatiōe siue denūciatiōe angelica: siue in speciōe τ intuitione i speculo eternitatis: τ propria cōprehensione vt quando penitentialiter consistunt in locis in quibus ad ipsos dirigunt orationes. Unde orationes que diriguntur sanctis quaten⁹ vtilitati nostre sufficiūt illis sufficienter reuelent. ¶ Aduertendū est tamen q existentes in purgatorio nō sunt orandi: quia non orant pro aliis. Nam oratio ex triplici causa fit. Uel ad aliquid deguftandum: vel ad aliquid exoluendum. vel ad aliquid impetran-

conuenit oratio fm primum modum. Rõ autem hui⁹ est: q2 ita intente sūt ille aie afflictioni ꝛ punitioni ex dilatione glorie ꝙ non dulcedini: ꝛ ita intente sūt solutioni pene ꝙ nõ contẽplationi. Similiter non conuenit eis oratio ꝗtū ad secundū modū: q2 oro primo modo est sacramentalis ꝛ iõ solū conuenit viatori. Secundū aūt tertiū modū bene conuenit eis prout oratio est ad aliquid ipetrandū. Cū eni fm Aug. pena purgatorij maior sit ꝗ quicquid põt sustineri in hac vita non vr inconueniens ponere ꝙ orent deū rõne sue indigentie ꝛ scientie seu dignitatis quā sortiuntur ex decessu in charitate. Orāt igitur anime i purgatorio existentes: non pro alijs sed tanꝗ misere pro seipsis tm̄: ꝛ hoc pro mali amotione tm̄: pro boni autem adeptiõe non nisi ex consequenti: sciunt eni ꝙ nõ possunt deo perfrui nisi a penis penit⁹ liberate. Et qd̃ illud habeat veritatem pꝫ per Gregoriū .iiij. dialo. vt ipse ondit ꝙ a viuentibus petūt anime adiuuari: maxime ergo a deo petere credende sunt ꝛ sic pꝫ secunda conclusio. ¶ Tertia conclusio sic declarat fm Boñ. vbi .s. q. ij. tribus rõnibus. Primo sic. sancti qdeꝫ merito precedente quo deo fidelissime fuleruūt non solū sibi beatitudiē ꝛ gloriam meruerunt: sed etiā alijs suffragari: patet exemplum de beata virgine q̃ multos peccatores deo recõciliari dicit. Secundo per locum ab impossibili: quia si non impetrant ꝛ orant: ergo frustra orāt ꝛ sunt miseri: quia non implet eorū volūtas quod est impossibile. Tertio per locū a fortiori quia si sancti in via impetrant alijs granā ꝛ multa bona ꝛ plus possunt apud deum in patria ꝗ in via: ergo efficacius multo magis impetrāt in patria: vnde Hiero. contra vigilantium. Dicis in libello tuo quod dū viuimus mutuo pro nobis orare possumus: postꝗ mortui fuerimus nullius sit pro alio exaudienda oro presertiꝫ cū martyres vltionē sanguinis sui obsecrantes impetrare nequiuerūt. Si apostoli ꝛ martyres adhuc in corpore constituti possunt orare ꝓ ceteris: quando de se adhuc esse debēt solliciti: quanto magis post coronas victorias ꝛ triumphos. Vñ vnus hõ Moyses sexcentis milibus armatorum impetrat a deo veniaꝫ. Et Stephan⁹ imitator domini sui ꝛ primus martyr in xp̄o persecutoribus veniam deprecat: ꝛ postꝗ cum xp̄o esse cepisset minus valebunt. Paulus apostol⁹ ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui aias condonatas Et postꝗ resolutus cepit esse cum xp̄o tunc ora clausurus est: ꝛ ꝓ his qui in toto orbe ad suū euangelium crediderunt mutire nū poterit? Melioꝛ eꝛ erit vigilantius canis viuens ꝗ ille leõ mortu⁹. Recte hoc ergo ɔ̃ eccliā proponeres si paulum in spiritu mortuū confiteretur: denique ꝙ sancti non appellantur mortui sꝫ dormientes: Unde ꝛ Lazarus qui surrecturus erat: dormisse peribetur. Et apostolus vetat thesalonicenses de dormientibus contristari. Hec ille. Quod si contra predictam conclusionem arguit sic. si sancti oio sunt conformes dei voluntati ꝛ orant pro nobis: potest aliquando accidere ꝙ deus non vult illam gratiaꝫ mihi dare ꝗ peto impetrari ab aliq̃ sancto etiā si petit qd̃ non est de voluntate dei facere nõ ɔformat oino volūtatē suā voluntati diuine: nec etiam possunt impetrare: cuius oppositum conclusum est Ad hoc respondetur fm Tho. ſa. ſe. q. lxxxiij. ar. xi. Quod sācti impetrāt id qd̃ deus vult fieri per sanctorum orationeꝫ: ꝛ hoc solum ꝙ extimant eorū orationibus adimplendū. Et ait Alex. ꝙ sancti non frustra orant cum petunt quod sciūt deum velle: imo fm Greg. Discordarēt a voluntate conditoris si ea que vident deū velle non peterent. Unde Augu. in epistola ad Cirillum ait. Sanctorū anime in illa eterna gloria sūt solidate ꝛ feruide: quia nulla alia sibi inest voluntas nisi dei: que nihil velle aliud possunt nisi quod deus vult: ideo quod volunt obtinere possunt. Et enim quecunqꝫ volūt ꝛ deus vult ꝛ implet. Hec ille. Recurrere ergo

re ergo debemus ad sanctos ⁊ eos orare quoquomodo: quod docet nos Augu.li.supputationum parte.ij.c.ij.di. Felices vos sancti dei omnes qui perti ansistis huius mortalitatis pelagus:⁊ peruenire meruistis ad portum perpetue quietis securitatis ⁊ pacis: securi ⁊ tranquilli semperqꝫ festiui atqꝫ gaudētes estis: obsecro per vestram charitatem: vt qui securi estis ꝺ vestra imarcessibili gloria solliciti estote de nostra multiplici miseria. Et propter ipsum vos rogo qui vos elegit: qui vos tales fecit: de cuius plenitudine tam satiamini: de cuius imortalitate facti estis imortales: de cuius beatissima visione semper estis gaudētes: estote iugiter memores nostri: subuenite nobis miseris qui adhuc in sentina huius vite flatibus agitamur ⁊ procellis nos porte pulcherrime que in magnam surrexistis altitudinē. Adiuuate nos vile pauimentum longe inferius iacentes: date manū ⁊ erigite iacentes: vt conualescētes de infirmitate fortes efficiamur i bello. Intercedite atqꝫ orate constanter atqꝫ idesinenter pro nobis miseris multū peccatoribus: vt per vestras orationes: vestro sancto consortio coniungamur. hec ille. Potissime autem recurrere debemus ad gloriosam virginem: qꝛ ipsa est collum per quod a capite nostro xpo nobis descendunt gratie diuine: iuxta illud Cant.vij. Securum habes o homo accessum ad deum ibi habes matrem ante filium: filium ante patrem. Mater ostendit filio pectus ⁊ vbera. Filius ostendit patri latus ⁊ vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot sunt charitatis insignia. Ad hāc ergo anima mea precipue recurre: hanc inuoca: hanc exora: ora deniqꝫ feruenter humiliter ⁊ perseueranter sanctos dei vt eorum meritis ꝑuenire possis ad eterna gaudia. Amē.

¶ Feria sexta. post quartam dominicā in quadragesima. De vocali ⁊ mentali oratione in ordine.

Sermo.lxxij.

Domine ecce quem amas infirmatur. Scribūt hec verba Jo.xi.c. Quā uis fratres charissimi deus sit inspector cordium videatqꝫ mentem nostrā: ⁊ ea que in ipsa sunt absqꝫ vocis clamore: pro nostra tamen vtilitate orationi mentali proficuum est addere orationem vocalem: cuius rei exempla patēt in presenti ꝑphetia necnō ⁊ in euangelio: in prophetia eni habet̄: Nā cum esset mortuus filius vidue plorante illa ante Helyam: tulit eum Helyas ⁊ posuit eum super lectum suum ⁊ clamauit ad dominum ⁊ dixit. Domine deus meus etiam ne viduam apud quam ego vtcunqꝫ sustentor afflixisti vt interficeres filium eius? ⁊ expandit se atqꝫ mēsus est super puerum tribus vicibus: clamauitqꝫ ad dominum ⁊ dixit. Domine deus meꝰ reuertatur obsecro anima pueri in viscera eius. Exaudiuit autem dominus vocem Helye ⁊ reuersa est anima pueri intra eum ⁊ reuixit: hec in prophetia. In euāgelio vnqꝫ scribitur. Nā infirmante Laçaro in bethania sorores eius.s. Magdalena ⁊ Martha miserunt ad eum dicentes verba proposita: Ecce quem amas ⁊c. In presenti sermone igitur de oratione vocali ⁊ mentali tractātes tria consideranda sunt. Primum est ꝙ non solum mentaliter sꝫ etiā vocaliter orandum est. Secundum ꝙ in oratione multiloquio vtendum non est. Tertium ꝙ mentalis oratio dignior est vocali.

¶ Pars prima huius sermōis in qua declaratur ꝙ vocaliter orandum est.

P Rimo dico ꝙ non solum mentaliter sꝫ etiā vocaliter orare debemus: qd̄ sic ꝑbat̄ ⁊ declarat̄ sꝫ Tho.sa.se.q.lxxxiij.ar.xij. Et in.iiij. dis.xv.q.i. ⁊ Alexā.vbi.s̄. Qui dicunt ꝙ duplex est oratio. publica siue sacramentalis: aut canonica: ⁊ ista semper oꝛ esse

vocalis ⁊ hoc est quia statutum est ab ec
clesia sicut psalmodia que cantatur in ec
clesia: ⁊ hoc institutum est ⁊ sic fieri oȝ
ad fastidium remouendū: ⁊ ad simpli/
ces ad deuotionē prouocandū: vel etiaȝ
ad satisfaciendū pro peccatis. vnde Isi/
dorus de sūmo bono li. iij. c. vij. sic ait.
Psallendi vtilitas tristia corda consola
tur: gratiores mentes facit: studiosos ob
lectat: inertes excitat: peccatores ad la/
menta incitat: ad effectum pietatis aīos
eorum inflectit. hec ille. Alia vō oratio
est secreta q̄ quis pro se ⁊ pro alijs facit
⁊ hoc potest cū voce vel sine voce fieri
ſm q̄ orātis animo magis est vtile. Addit
oratio vocalis orationi mentali quando
q̄ addit quinq̄ rationibus. ¶ Prima
est ad affectus nostri accensionem. Vn/
de Beda sup illud Math. vi. Pater
noster ⁊c. ait. Non hõs solis verbis ora
tur sed alijs contentis sub eodem ⁊ non
alio sensu: quibus etiā cor nostrum accē
ditur. hec ille. Confirmat hoc Augu. in
li. de cura agenda pro mortuis sic dicēs
Quāuis inuisibilis voluntas orātis deo
sit nota vt nullis īdigeat nuncijs vt ei ani
mus pandat human⁹ qui locutionē cor
dis cognoscit: tamē homo vocib⁹ ⁊ mē
bris sui corporis vtit vt sic orando affe/
ctus hoīs humilior deuotior ⁊ feruen//
tior crescat. Hec ille. Patet hoc exem/
plo beati Francisci qui inuitatus a dño
Bernardo in camera ei⁹ in nocte orās
cum pectoris percussione dicebat. Deus
meus ⁊c. replicando multociens: quib⁹
verbis ita fortiter accendebat vt incessā/
ter ploraret: ⁊ ad planctum predictū do
minum Bernarduȝ puocaret: ⁊ ad san
ctam religionem conuerteret. ¶ Secū
da ratio est ad intellectus nostri illustra
tionē. Vnde Beda. vbi. s. ait. Orationē
breuib⁹ verbis composuit: quibus nec
opus est ad deū qui oīa nouit: sed vt no
ster aspectus qui cū deo aīt disceret res
quas oraret nō verba que diceret. hec il
le. Et ideo tradita est nobis forma oran
di a domino. Math. vi. Luc. xi. ¶ Ter
tia rō est propter recedendi facultatem

quia cū in oratione homo debeat suam
agnoscere miseriam ⁊ dei potentiam: si
in oratione non loqueretur se perderet
⁊ vagaret varijs cogitationibus ductus
sed quando emittit vocem taliter q̄ se in
telligat firmius in oratione perseuerat ⁊
facilius predictorum recordatur. Vn̄
glo. Math. vi. ait. Non apud deū agen
dum est verbis sed rebus in intentione
cordis ⁊ affectu simplici: que enim dici
mus non vocem⁹ sed nos temporis orā
di recordamur. hec ibi. ¶ Quarta ratio
est propter iusti obsequij exhibitionez: de
bitum enim est ⁊ iustum q̄ hō reueren
tiam exhibeat deo ⁊ ei seruiat ſȝ illud to
tum q̄ habet a deo. s. non solum mente
sȝ ⁊ corpe: q̄ fit per orōnē vocalē. vnde
Osee vlt. super illud. Omnē aufer iniq
tatez glo. ait. s. q̄ versat in corde vt nihil
languoris: nihil ruine pristine reliquas
⁊ subdit. Accipe bonū in bonā cōfessio
nem vt sic reddamus vitulos labiorum
nostrorū te laudando ⁊ tibi gratias agē
do. ¶ Quinta rō est pp spūalis dulcedi
nis cumulationē. vt. s. spūalis dulcedo in
corpus deriuet ⁊ cumulet. Nā ex vehe/
mēti affectione ⁊ deuotiōe mētis vox se
quit ex qua delectatio ab aīa redūdat in
corp⁹. Vn̄ cū mēs orant̄ per deuotionē
accendit in flet⁹ ⁊ suspiria ⁊ iubilos ⁊ vo
ces incōsiderate prorūpit: Vn̄ in ps. xv.
Letatū ē cor meū ⁊ exultauit ligua mea
vbi glo. di. Exultatio spūalis primo est in
cogitationib⁹ meis ⁊ postea in vbis me
is: Et subdit: q̄ est plena leticia q̄ ex cor
de hilari pcipit ⁊ alacri sermone profert
¶ Ex quibus oībus concludit q̄ orandū
est etiā orōne vocali: vn̄ in ps. cxl. Voce
mea ad dñz clamaui. voce mea ad dñz
deprecat⁹ sum. Pȝ hoc p exemplū ipsi
us xpi qui Mat. vi. Docuit nos in ora/
tionē vocalē di. Cū oraueritis dicite pr
noster. Qđ etiā confirmat Augu. in li.
de oratione dñica di. Sit orantibus ser/
mo ⁊ predicatio cū disciplina quietē con
tinens ⁊ pudorem. Cogitemus nos sub
conspectu dei stare placendū est diuinis
oculis ⁊ habitu cordis ⁊ habitu vocis.
Nam vt

Nam vt in prudentis est clamoribus strepere: ita cōgruit esse verecundiorē ꝛ domesticis precibus orare. Hec ille. Nō si contra hanc conclusionē arguit sic: Isido. in li. de sūmo bono vi. Nō oratio cordis est non labiorū: nō enī verba deprecantis deus intendit: sed orantis cor inspicit ergo ꝛc. Ad hoc rñdeo s3 Alexā. Nō bene verū est ꝙ oratio cordis est nō labiorū quo ad deū tñ quo ad nos multe sunt vtilitates orationis vocalis vt dictū est ergo ꝛc. Preterea si dicat. Nō Exo. xiiij. dictū est Moysi a dño. Quid clamas ad me: clamor enī ille erat mentalis ꝛ tñ legit ibi: ꝙ Moyses exauditus est. ergo superfluit vocalis oratio vt videt Ad hoc r̃. ſm Alex. ꝙ oratio iterior bñ sufficiens est ad impetrandū sed tamē multe sunt comoditates orationis vocalis vt dictum est. ergo ꝛc. Preterea si dicat Chriso. super Mat. sic inquit. Non audit vocē sacerdotis: sed fidē centurionis: sed fides est cordis nō: ergo ꝛc. R̃. ꝙ illud dictum sic intelligit. Non audit. i. Nō solum audit vocem sacerdotis. sed etiā fidē centurionis. Aliter nō haberet vltatē nisi forte in casu pp sacerdotꝫ prauitatem. Preterea si dicat. Esa. lxv. dr. Anteq̄ clamēt ego exaudiā: Ergo nulla vox requirit. Aliter magis audit deuotā fidē q̄ deuotā vocē. R̃. ꝙ in textu ibidē vtrūq3 dicit. s. anteq̄ clamēt: ego exaudiā q̄si dicat. vtraq3 oratio ꝛ vocalis ꝛ mētalis exaudiri pōt. Preterea si dicat glo. Math. vi. sup illud. Tu aūt cū oraueris ꝛc. dic. Videt precipi magis vt clausa pectoris cogitatiōe labijsq3 cōpressis oret deū ergo ꝛc. R̃. ꝙ sensus glo. istꝰ nō excludit orationē vocalē: sed sic intelligit vꝛ magis precipi vt in corde precet. s. ne exteriꝰ ad illicita euaget. videlꝫ per vanaꝫ gloriā: laudē humanā ꝛ hmōi. sed labijs compressis. i. circumcisis nō simpliciter clausis oret deū. Et ꝙ hoc sit verū patꝫ per illud ꝙ sequit in glo. Resistendū est igit carnali sensui: vt spūalis oratio ad deū dirigat. Et sic pꝫ prima cōclusio. ¶ Sꝫ ad cuius declarationē oritur vnum dubium vtrum. s. illud quod impetrare intendimus oratione vocali semp exprimere debeamꝰ. R̃. ſm Alexan. ꝙ in oratione in qua deū penimꝰ nō est necesse rōe huiꝰ explicare qd volumus: sed supplicatio sufficit ſm Hugonē sine determinatiōe humilis ꝛ deuota precatio: vñ notāduꝫ ſm ipsū ꝙ tres sūt orationis spēs. s. Supplicatio. postulatio: ꝛ insinuatio. Supplicatio est sine determinatione humilis ꝛ deuota vt dictū est. Supplicationū tria sunt genera. s. Captatio: exactio: ꝛ pura oratio. Captatio aūt est que fit ante postulationē ad preparandū ꝛ inclinandū aiuꝫ auditoris. Et hoc fit tripliciter. Primo cum aliquid dicimꝰ qd personā nostraꝫ aut causam cōmendet apud ipsum. Secundo cum aliquid in laudē eius proferimus. Tertio cū aliquid ꝓponimꝰ qd ꝑsonā aduersarij vel causam apud ipsum deprimat: ꝛ hoc modo supplicatiōis vtit frequenter scriptura sacra. s. vbicūq3 vel laudē dei vel nostrā infirmitatē vel aduersariorū nostroꝝ maliciā recitamꝰ: qd ēt in oratione faciendū est: vñ in li. de orādo deo. Aug. ait. In vera charitate deuꝫ nſm preueniamꝰ vt ab eo petitionē obtineamꝰ bñfaciamꝰ amicis dei: idulgeamus inimicis eius. laudemus in eo potentiam: miremur sapientiam: predicemus bonitatem: approbemus equitatem ostendamus ei necessitatem nostrā: indicemus ei miseriam nostram: detegamus ei infirmitatem nostram: confiteamur ei culpam nostram: offeramꝰ ei obedientiam nostraꝫ: manifestemus ei aduersariorum nostrorum scilicet demonum ꝛ prauorum nostrorum maliciam: crudelitatem: astuciam: tyrannidem: ꝛ ꝙ ei aduersantur qui nos persequuntur: qui no is hostes sunt qui ei contradicunt: malimus nos iram inimicorum propter eum quam cum eis abire contra eum. Hec ille. ¶ Exactio autem solum fieri potest petitioneꝫ quādo audit ne petitio nostra in obliuionem apud eum eueniat quadam vt ita dicam importunitate atq3 instantia fre-

quenter memorem faciamus. Quod fit tripliciter. Qñ.s. aliquid de psona eius vel d persona nra vel de cã nostra itera to dicim⁹: vñ petitionẽ in ei⁹ aio reno/ uem⁹. Et lz hoc gen⁹ supplicandi apud hoies importunũ videatur: tamẽ apud deum gratũ est ꝛ laudabile. Pura oro est qñ ex abundantia deuotionis mens ita accendit: vt cũ se ad deum postulatu ra conuerterit pre amoris eius magnitu dine etiã petitionis sue obliuiscat. Et hoc orandi genus est informe: tamen apud deum pre ceteris preciosum fit: ergo sup plicatio fit aliquando per sola noia siue per illud. Misericordia mea ꝛ refugiũ meũ susceptor: me⁹ ꝛ liberator meus de us meus. Aliqñ per sola verba sic. Res pice: miserere: placare: attende. Aliquan do simul per noia ꝛ verba: sicut est illud Verba mea aurib⁹ percipe dñe: intellige clamorem meum. Intende vo. o. m. rex meus ꝛ deus meus. Sed illud gen⁹ sup plicatiõis qđ per ista noia fit quo magis est foris significatione imperfectũ: tanto intus est eius abundantia dilectiõis ple num. Affectus enim hoc propriũ habet q quanto maior ꝛ feruentior int⁹ est: tã to minus foris per vocem explicari põt Postulatio autem est secunda pars ora tionis ꝛ est determinate petitionis inser ta narratio: sicut est illud. Cor mundũ crea in me deus. Et hoc etiam trib⁹ mo dis fit. Obsecrando: rogando: ꝛ simpli citer postulãdo. Obsecratio est in necessitatib⁹ maximis: rogatio in medijs sim plex postulatio in minimis. Insinuatio autem que est tertia pars orationis ẽ si ne petitione per solam narrationem vo/ luntatis facta signatio. Et hoc quoq fit tribus modis. timore: fiducia: ꝛ contem ptu. Timore fit ab incipientibus: fiducia a pfectis: ɔtẽptu a malis. Timore fit vel qñ magna est causa quã agim⁹ vel ma gna psona quã rogamus sicut est illud Dñe si fuisses hic. ꝛc. Rogare eni voluit vt fratrem suũ dñs suscitaret. sz q2 p ma gnitudine cause ꝛ reuerentia psone exti muit insinuare potius q̃ po stulare ele/ git. Fiducia fit insinuando qñ vel de faci litate cause vel de benignitate psone con fidimus. Et tũ desideriũ nostrum patẽ/ ter exprimere negligim⁹ q2 obtinere pos se sola insinuatione speram⁹: sicut illud in nuptijs Jo. ij. Uinum nõ hñt. Contẽ ptu fit insinuatio quando vel cã vilis est vel persona humilis que rogat. ꝛ hoc ab oratione dñica excludit: sed apud hoies superbos ꝛ potentes magno studio exer cetur. Ex quib⁹ oibus concludit q non semper oportet exprimere qđ petim⁹: sz aliquando sic: aliqñ nõ. Et sic p3 propo situm dubiũ ꝛ pars prima hui⁹ sermõis. ¶ Pars secunda huius sermõis in q̃ declarat q multiloquio in orone vtẽdũ ẽ.

Secũdo attendẽdũ est q i orone nõ est vtendũ multiloquio. Et sic declarat ſm Alex. vbi. s. dicũ. n. q multũ log in orone põt tripliciter cã fie ri. ¶ Primo ad tolendũ fastidiũ ꝛ oti/ um deuitãdũ. iuxta illud Hiero. ad rusti cũ monachũ. Semp aliqd boni facito: vt te dyabolus inueniat occupatũ. Et hoc mõ ẽ satisfactoriũ ꝛ bonũ. ¶ Scdo ad deuotionẽ excitãdã ꝛ affectionẽ inflãmã dã iuxͣ illud Hugo. de virtute orãdi. c. xi. Quecũq3 sũt v̄ba orãtis absurda nõ sũt sz nũmodo ad hoc ɔpetẽter pferri pñt vt vel orãtis affectũ ad amorẽ dei excitẽt vel qđ ampli⁹ est si iã amore ei⁹ flagrat excitatũ demõstrẽt. h ille. ꝛ isto mõ ẽ ẽ bonũ i orone multiloquiũ. ¶ Tertio vt ad hoc facil⁹ de⁹ inclinet multis v̄bis si cut accidit qñq3 hoiem inclinari i mul/ tiloquio: ꝛ hoc mõ malũ est ꝛ a xpo repre hendit vbi dicit Mat. vi. Orantes aũt nolite multũ loq. sicut Ethnici faciũt pu tant eni q in multiloquio exaudiant: noli te ergo assimilari eis: vbi Aug. ait in li. ij. de v̄bis dñi in mõte. Reuera oẽ mlt̃ loqu3 a gẽtilib⁹ vẽit q exercẽde poti⁹ lin gue quã mũdãdo aio dãt operã: vt hoc nugatorij studij gr̃a ẽt ad deũ p ce flectẽ dũ trãsferre conentur: arbitrãtes sicut ho/ minẽ iudicẽ verbis seduci tn sniam no/ lite ergo similari eis: ait vn⁹ ꝛ ver⁹ ma gister. Hec ille. Hoc idez affirmat Isi. li. iij. de

li.iij.de sũmo bono.vij.c.di. Nõ in mul tiloquio exaudiũt hoĩes a deo quasi plu rimis eũ verbis conentꝰ flectere: neqꝫ eni conciliat deum multiplex orantis sermo sed pura sinceraqꝫ mentis intentio ꝛ pꝫ ij.conclusio. ¶ Sꝫ ad maiorẽ huius de clarationẽ mouetꝰ vnũ paruum dubium .s.si diu orare ꝛ multum est bonũ ad hoc vt deus diuturna oratione flectatꝰ ad mi sericordiam ꝛ orantes exaudiat. Rñdetꝰ ab Alex. Qꝫ solũ dampnatꝰ multiloquiũ in oratione ea intentione q̃ infideles vte bantur multiloquio.s.putantes ꝙ ꝑsua/ sibilibus verbis deus mulceatꝰ vel si ab scens est mulceatꝰ: ꝛ illud quod nescit ver/ borum ambagibus doceatꝰ. vnde dãna/ tur multiloquiũ infidelitatis ꝛ vana in/ tentione ꝛ sine pia affectione prolatum. Non autem dãnatur multiloquium de uotionis eo modo quo sancti vtuntꝰ ora tione prolixiori: vñ glo.sup illo Math. vi. Nolite multum loq.ꝛc. Ait dampnat multiloquium de infidelitate.s.nõ mul/ tas lachrymas nõ multas obsecratiões in cordis puritate: quod sancti faciũt: ꝛ sic patet propositum dubium: ꝛ pars se/ cunda.

¶ Pars tertia huiꝰ sermõis in qua de claratꝰ ꝙ oratio mentalis dignior est ora tione vocali.

Tertio attendendũ est ꝙ menta lis oratio dignior est vocali: que conclusio sic declaratꝰ ƀm Ale/ xan.vbi.s.ꝛ Boñ.in.iiij.di.xv.parte.ij. ar.ij.q.iij. Et Tho.ƀa.ƀe.q.lxxxiij.ar.xij. qui ait. Qꝫ oõ mentalis excedit oratio nem vocalem in tribus. Primo qꝛ ipsa est affectuosior.iuxta illud Esa.xxv. Aĩa mea desiderat te in nocte. Secundo qa est ꝯuenientior: iuxta illud.Jo.iiij. Spi/ ritus est deus: ꝛ eos qui adorant in spi/ ritu ꝛ v̇itate adorare oportet. Tertio qa est virtuosior.iuxta illud Aug.super Jo. sermone.ix. Quid prodest strepitus oꝛiꝰ muto corde? q.d.parum vel nihil. vñ in sermone de oratione idem ait. Quãdo quis orat sanctum ad se vocat spiritum: ideo oratio magis est agenda corde q̃ voce. Melius enim est consilium orare corde sine sono vocis q̃ solis verbis si ne intuitu mentis. hec ille. Unde ad cla riorem noticiam attende ƀm Alexan. ꝛ Boñ. Qꝫ vocalis oratio ordinatꝰ ad mentalem ꝛ non econuerso. Unde intel ligẽdũ est ꝙ q̃dã oõ est pure mentalis. q̃dã pure vocalis.quedã mentalis ꝛ vo/ calis simul. Pure mentalis est quando labia non mouentꝰ sed cor solum ad deũ loquitꝰ. Pure vocalis est quando aliqs nihil cogitat de his que dicit nec in gene rali: nec in speciali: sed cum orat fabricat castella: ꝛ sic concedendum est simplici ter ꝙ oratio mentalis excedit vocalem. Alia v̇o est mixta in qua.s.orat quis mẽ taliter ꝛ vocaliter simul: Et de hac di/ stinguendum est: quia aut verba illa im pediunt affectum: qꝛ sic inflamatus est ꝙ imediate fertꝰ in deum: ꝛ tali adhuc vti/ lior est pure mentalis. Aut verbis illis iuuatꝰ affectus: ꝛ inflãmatꝰ ꝛ sic vtilior est vocalis. ꝛ multi sunt tales ꝛ maxime qui non sunt multũ spirituales. ad quorũ af fectus prouocandos orationes vocales sunt institute: vt dictum est.s. Si v̇o que ratur vtrum oratio mẽtalis sit satisfacto ria cũ nõ imponatꝰ a sacerdote ꝛ sit mul tum delectabilis. Respondet Boñ. vbi sup. Qꝫ oĩs oõ ex charitate facta si re/ cte fiat penalis est ꝛ satisfactoria: qꝛ nun q̃ est ita delectabilis quin sit penalis an tecedenter vel consequenter vel conco/ mitanter: ꝛ quia mentalis est gratie spi/ ritualis non iponitur a sacerdote. ¶ In super v̇o ꝙ inter omnes precipue satisfa cit que est magis gemebunda ꝛ in q̃ ma ior clamor cordis est ad deuꝫ pro venia peccatorum: hec aũt in aliqbꝰ ẽ vocalis i aliqbꝰ ẽ mẽtalis. ꝛ sic pꝫ tertia ꝯclusio. ¶ Sꝫ circa predicta omnia conuenienter oritꝰ il lud dubium.s.inter orationes vocales q̃ sit dignior ꝛ efficatior. Rñdet Ric. in iiij.di.xv.ar.iiij.q.vlti. Qꝫ inter alias ora tiones oratio dñica est dignior ꝛ effica/ cior. Quod probatꝰ triplici ratione. Pri mo rõne auctoris dignitatis: qꝛ xp̄s ore suo immediate illam fecit ꝛ discipulos su/

os docuit: vt habetur Math.vi. vnde
Cyprianus in ep̄la ad fratres de exposi-
tione orationis dn̄ice. Que enī potest eē
magis spiritualis orō ꝙ̄ que a xp̄o nob
data est a quo nobis sp̄us sc̄us missus ē
Que magis vera apud p̄rē precatio ꝙ̄
que a filio qui est veritas de eiꝰ ore ꝓla-
ta est: vt aliter orare ꝙ̄ docuit non igno
rantia sola sit sed ⁊ culpa: qm̄ ipse posue-
rit ⁊ dixerit. Reiicitis mandatū dei: vt
traditionē vestrā statuatis. Oremꝰ itaqꝫ
fratres dilectissimi sicut mgr̄ deus docu
it. Amica ⁊ familiaris orō est deū de suo
